
ullij ciceroniꝫ

26-I. N. 167.

167 I 114
229

¶ CLARISSIMI ET Eloquentiſſimi Rhetoris Omniboni Leoniceni Oratio de laudibus eloquentiæ fœliciter incipit.

q VANTVM admirationis habeat eloquẽtia Vicẽtini Ciues: uel ex hoc intelligi poteſt: ꝙ ita diues: ita copioſa eſt: ut quotiẽs de uirtutibus eius dicẽdũ fuerit: tametſi res difficillima ſit: nunq̃ tamẽ ſibi ipſa deficiat. Hoc proximo: hoc tertio ægimus anno: hoc idẽ beneiuuãte deo: impræſentiaꝝ agemus. Nam ne ignari ſitis: huc ꝓceſſimus: ut eloquentiã laudemus: laudatã diligamus: dilectã cõſequi ſtudeamus. Igitur conſiderãti mihi de laudibus eloquẽtiæ: duæ ſolent ipſius laudandæ rationes occurrere: quarũ una de meritis eius ducit: altera de ſua ipſius natura ſumit. Et nũc quidẽ priorẽ tm̃modo: & eam ipſã q̃breuiſſime fieri poterit: expediã: q̃q̃ id uix fieri poſſe arbitror. Quis enim rẽ tãtam paucis abſoluet: q̃ bene de rebus humanis merita fuerit? Qua ſola cõſiſtit quicq̃d i rerũ natura: totoq; mũdo laudabile uerſat: quippe cuius adminiculis oĩa nitũtur: fouẽtur: illuſtrãtur. Habet igitur laudis & gloriæ pluſq̃ ab ullo fingi: aut excogitari põt: ꝙ res oẽs ſuſtẽtat: ꝙ in lucẽ deducit: ꝙ in tenebris eas iacere nõ patit. Nam ſi eloquentiã tollas: nil tã excellẽs: qđ nõ aliquando deficiat: tam magnificũ: qđ nõ funditus pereat: tam ſpectandũ: qđ nõ interea ſordeſcat: tam egregiũ: qđ nõ ſenſim intereat: tam præclarũ: qđ non cõtinuo aboleſcat. Ergo nulla Perſarũ mentio fieret: nulla Macedonum: Tetrica ſpartæ: & ingenioſæ ſilerent Athenæ. Et ne ſingula percenſeã: regna: uel oppida: quæ rerũ potita ſunt: urbis Romæ: hoc eſt ꝑncipis terrarũ populi: monumẽta nõ eſſent. Quin etiã tot regũ: tot principũ: & imperatoꝝ nomina cũ ſuis populis: & urbibus tẽporis deleret antiq̃tas. Nec Alexander uſq̃ nec Darius: uel Xerxes nominaretur. Boni Phocionis: iuſti Ariſtidis: & Ageſilai regis inuicti memoria cõticeſceret: Periclis: Themiſtoclis: Niciæ: Cononis: Alcibiadis fama in obſcuro eẽt. Et noſtroꝝ haud ſecus. Nemo Camillos: nemo Fabricios: nemo Decios illuſtres animas: nemo Scipiones: Læliosq; nóſceret: & quos infinitũ eſſet enumerare. Sed illi q̃q̃ bello fuerũt: ac pace fortiſſimi uiri: oẽs tamẽ perpetuo ſilẽtio: & obliuione uetuſtas iuolueret. Quid artes (quas mœchanicas uocãt) quãtulũ ſuis quæq; artificibus ꝓfuiſſent? Nihil Phidiæ Iuppiter olympius: ſiue Minerua: nihil Apelli Venus: nihil ſpirãtia ꝓpe ſigna: uiuiq; uultus Polycleto: nihil pictura Lyſippo: nihil cœlatura Mentori: ſiue Paraſio: & Alcidamãti: nihil architectura fabro illi Epæo ad immortalitatẽ nominis & famæ cõtuliſſet: etiã ſi fabrilia eius inſtrumẽta: quibus ligneũ equũ ædificauit: ubiq; fama celebratũ uiſerẽtur: ut Ariſtoteles ſcribit: in tẽplo ſtatuæ Palladis (id ei cognomen eſt) multis poſtea ſæculis repoſita ſub eã Italiæ partẽ: quã haud ꝓcul a Metaponto Gargariã dicũt. Nam Vitruuiũ: qui iunior eſt: architectũ ab interitu uendicat nõ ars: quã & ipſe ꝓfitebatur: ſed liber: quẽ de arte cõſcripſit minime contemnendũ. Nec uero tanta fuerit ædificioꝝ magnificẽtia: quæ diuturnitate tẽporis labefactari nõ poſſit. Turritæ urbes: immania tẽpla deũ: & celſa pyramidũ faſtigia ſuis molibus obruta iacẽt. Nec minus ſuperbũ illud mauſeolũ: q̃q̃ ad id condendũ accerſiti fuerint e toto orbe terrarũ præſtãtiſſimi ætatis illius artifices: niſi ad cõſecrandũ etiã cõueniſſent undiq; ingenio: & lingua præclari poetæ & oratores: quos inter Theopompũ Iſocratis diſcipulum: magiſtro ipſo concertãte: palmã obtinuiſſe cõmemorant: ut ſuis elegis poeta nõ ignobilis tam uere q̃ elegãter cecinerit. Nã neq; pyramidũ ſumptus ad ſidera ducti: Nec iouis idæi cœlũ imitata domus: Nec Mauſoli diues fortuna ſepulchri: Mortis ab extrema cõditione uacãt: Aut illis flamma: aut imber ſubducet honores: Annoꝝ ue ſitus: põdere uicta ruent. At nõ ingenii quæſitũ nomen ab æuo Excidet. igenii ſtatq; uigetq; decus. Sed quid reliqua cõmemoro? bona etiã corporis: quæ diuturna eẽ nõ poſſunt (nã uel morbo extinguunt: uel ætate deflorẽſcũt) diuina poetaꝝ carmina poſteritati cõmẽdant. Et de fortitudine minus mirũ: quæ cõmunis eſt tã animi q̃ corporis uirtus. Velocitas & dignitas formæ Vatũ beneficio manẽt incorrupta. nam & Camilla nobilior eſt ꝑnicibus ignea plantis. Et Pelides itẽ ille magnus q̃uis græcoꝝ fortiſſimus eẽt: Podocys tamẽ legit ſæpius ποδαρκις: & ποδας ωκισ αχιλλεισ: ut nõ tam ui corporis uideatur: q̃ pedũ celeritate memorabilis. nam & Helenæ decora facie ꝓpe notior ẽ: q̃ Ioue patre. de qua Troes apud Homerũ nõ indignũ putãt tã longo bello certare cũ græcis: id ſolũ ꝙ pulcritudine diis imortalibus ꝓxime accedebat. Quã a ſe depictã ζευξισ etiam his ipſis Homeri carminibus laudauit. ου νε μεσις τρωας και ευκνημιδας αχαιους τοιηδ αμφι γυναικι πολυν χρονον αλγεα πασχειν αινως αθανατοισι θεοισι ας ωπα εοικεν. Phidias quoq; ĩ olympio ioue fingẽdo iterrogatus de quo exẽplo diuinã mutuaret effigiẽ: rñdit: Archetypũ ſe iouis in his Homeri carminibus inueniſſe. η και κυανεησιν επ οφρυσι νευσε κρονιων· αμβροσιαι δ αρα χαιται επερρωσαντο ανακτος κρατος απ αθανατοιο μεγαν δ ελελιξεν ολυμπον. ubi facile apparet naturæ ipſius æmulos artifices poetæ optimo plus mlto tribuiſſe: q̃ ſibi: nã ſupciliis: & crinibus totũ ſe iouis uultũ collegiſſe ait. Et recte quidẽ. nã qđ ad eoꝝ artẽ ꝑtinet: nec olympii Iouis honos auguſtior eẽt: nec diuæ Helenæ forma celebrior. Illa uero iactura incõparabilis: ꝙ qũ hac dicẽdi facultate optimi cuiuſq; tolleret induſtria: nec res arduas quiſq̃: nec periculo fas ſuſciperet: pro patria: ꝓ republica: ꝓ focis & aris nullus oppeteret: ſi nõ immortalitatẽ uirtuti



N° 21.212
[library stamp]

præmiū eloquētia ꝓmitteret:ut ꝓpoſita laude:& gloria laborē ocio:mortē incolumitati præferre nō dubitaret.Ipſi philoſophi:ſub Stoa Zeno : in Academia Plato:in Nymphæo Ariſtoteles:in Lycæo Carneades:ſiue Chryſippus:& reliqui philoſophoꝝ ī ſuis quiſq; gymnaſiis torpeſcerēt. Itaq; rerū cauſæ laterēt:Doctiſſimoꝝ uiroꝝ p̄cæpta:& inſtituta nō eēnt.Nō iura:nō leges:nō mores cōſiſterēt.Omnia dolo malo fierēt.Nihil a ui & iniuria tutū.Cōtemni deū : negligi iuſiurādū:dominari perfidū:diſſolui coniunctionē humanā:ſine modo:ſine ordine res agi uideres.Scitū igit̄ illud Ciceronis:ut oīa.Iam uero domina rerum(ut uos ſoletis dicere)uis eloquēdi q̄ p̄clara eſt:q̄q; diuina:quæ p̄mū efficit:ut ea quæ ignoramus)diſcere:& ea(quæ ſcimus)alios docere poſſimus.Hac cohortamur:hac pſuademus:hac cōſolamur afflictos:hac geſtiētes cōprimimus:hac iracūdias; cupiditateſq; reſtringimus.Hæc nos iuris;legū; urbiū ſocietate deuinxit . Hæc autē humanā uitā:ac feram ſegregauit.Quæ qū ita ſint:res hominū:hominesq; ipſi:ꝙ ſūt:ꝙ uiuunt:ꝙ uigēt:totū hoc eloquētiæ debēt.Id ſi ita ē:nō laudē meret̄ tm̄:ſed multo magis admirationē.Fateor equidē(quis enim eat inficias)magno uſui mortalibus eē eloquentiā:ſine qua nō populi:nō urbes:nō imperia:nō regna ſtare poſſent:nō ipſū deniq; humanū genus coaleſceret:& ob eā rē omniū hominū p̄coniis celebrandā eē. Verū illud cōtendo:quæ tantū ualeat:habere ꝓfecto aliquid ſua ui:ſua natura p̄clarū atq; præcipuū.Quid igit̄ hoc fuerit:ꝓpe explicabit̄:ſi fons & origo eius inueniri poterit:q̄bus ī urbibus:p quos uiros parta:enutrita:educata:& adulta fuerit:q̄ uaria:q̄ multiplici ratione:uaria ipſa multiplexq; tractet̄.Hæc nobis deinceps(q̄ breuiſſime fieri poterit)ꝑcurrēda ſūt:ut itelligamus non eē cur quiſq̄ miret̄:ſi tā late patet eloquētia:ut oīa ſuis uiribus cōtinēs:nullius nō rei decus : & columē euaſerit.Dicimus igit̄ eloquētiā diuū genus eē deoꝝ.Nec illud quidē agimus:deū uniuerſitatis huius parentē eſſe:iccirco huius etiā de qua nūc loq̄mur;facultatis.Eſt enim rerū omniū(quæ ſunt)uniuerſale p̄ncipiū.Sed quoddā ꝓprium magis:& ſuū ipſius eloquētiæ quærimus.Fatemur oēs:q quidē bene ſentiūt τἀγαθοῦ illud Platonis:qđ ſine alio bonū eſt:ſine quo nihil.qđ philoſophi bonum uocāt:alii ſūmū:alii uero ſolū.Hoc inq̄ deū eſſe nemo diſſentit.Vt igit̄ unūquodq; plus bonitatis habet:ita maxime diuinitati ꝓximū eſt.Atqui eloquentiā dudū oſtēdebatur de numero bonorum:īmo uero ipſam bonoꝝ humanoꝝ longe p̄ſtātiorem.Quis igitur dubitet rerū omnium optimā diuinitus in homines pfectam eē: ab ipſo uidelicet bonoꝝ omniū datore : & p̄ncipe deo?Hoc multo ꝓbabilius eſt:qđ fabuloſe iactāt:eloquentiā munus eē Mercurii:p̄us etiā ab ipſis diis uſurpatam:cuius rei teſtē faciūt apud græcos Homeꝝ οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο:apud noſtros Virgiliū.Pandit̄ interea domus omnipotētis olympi:Conciliūq; uocat diuū pater:atq; hominum rex:Sidereā in ſedē:& reliqua.Ipſam uero quidā auctores ſunt Syracuſis p̄mū excæptā fuiſſe:quæ ciuitas ē Siciliæ.Hanc inſulā: id qđ inter oēs cōſtat:inſignes feritate tyrānos ꝓtuliſſe.Duos tamen ſupra q̄ credi poſſit īmanes:Gelonem:Hieronē:qui ad hoc inſolētiæ ꝓgreſſi ſunt:ut Syracuſanis nec hiſcere quidē pmitterēt:ſed qđ ſibi cuiq; cōmodū eſſet:nūc pedibus manibuſue:nūc uultu & oculis ſignificarēt.Hinc & ſaltādi uſum p̄mordia cœpiſſe . Nam ꝙ ſermo ipſis iterdictus erat expreſſam neceſſitatē inueniēdi ſigna:q̄bus res indicarēt.Qum igitur ſupbe adeo:& efferate haberētur:liberatori Ioui ſupplicaſſe:ut amara iſta:& intolerabili ſeruitute liberarētur.Nec icaſſum fudiſſe p̄ces:q̄ppe uolēte deo:pditis omnino Tyrānis:libertatē adeptos fuiſſe . Veritos deinde ne in tyrannidē eiuſmodi reciderēt:ſūmā rerū demādaſſe nō uni:ut antea:ſed populo.Tum uirū quēdā nomine Coracē genere Syracuſanū:qui prudēs eēt:& eloquēs:qū populū cerneret rem eē mobilē etiā currēti fluuio ſimilē:niſi orationis moderatione gubernet̄:ut recta ratione meliora ſequi: deteriora fugere pſuaſi:nihil temere:nihil incōſulte gerāt:ꝓceſſiſſe in concionē . Ibi mollioribus p̄mo uerbis:& haud multū abſonis opinioni multitudinis:aures ꝑmulſiſſe uulgi:& ptentaſſe aīos eorū quos ubi paratos uidit ad audiendū:expoſuiſſe qđ optimū factu cenſeret.Deinde id q̄bus ꝓbaret rationibus breui ſubiectis argumētis cōfirmaſſe partim ueris:partim ſimilibus ueri.Poſtremo q̄ p omnē deinde orationē tractaſſet ſingulis q̄buſq; cōmouendi gratia ſuccincte collectis:intuliſſe qđ efficere uolebat:& unāquāq; orationis partē ſuis nominibus appellaſſe.Primas exordiū: & narrationē.Medias ꝓpoſitionē:& ꝓbationē.Vltimā uero perorationē.Hac igitur dicēdi ratione Coracem populo facile:qđ uellet pſuaſiſſe:qui finis eſt:ut pleriſq; placet artificii oratoris.Eo factū:ut ꝓ̄miis ꝓpoſitis Syracuſani filios ei magno ſtudio traderēt eiuſmodi facultate iſtruēdos.Interea adoleſcentē quendā nomine Cteſiā cupidū & ipſū diſcēdæ artis:cæterū mercede pauliſper deterritum quia uidelicet ſoluēdo nō eēt:auſum tamē his uerbis petere Coracē:ut exponeret quāto ſtudio eloquentiā pcipere uellet. At enim pecuniā ſibi nūc quidē nō eſſe:ubi uero didiciſſet duplū mercedis redditurū.Excæptū deinde humaniter a Corace:poſtq̄ doctus euaſerit impudēter nimis inſultaſſe magiſtro.Dic mihi inq̄t o Corax:Quis eſt rhetoricæ finis?Qum ſubieciſſet:pſuaſiſſe dicendo:Tū ille:Tibi ergo de mercede litē intēdo:ꝙ ſi pſuaſero nō dandā:nō dedi magiſtroꝝ optime:q̄a pſuaſi.Si minus:iterū nō dedi:ꝙ abs te pſuadere nō didici.Immo uero cōuertens e cōtrario Corax:ſi pſuaſeris inq̄t:accipiā diſcipuloꝝ ingratiſſime:didiciſti enim.Sin autē:accipiā rurſus:nō enim ꝑſuaſiſti.Tū qui aderant cōtinuo ſucclamaſſe:Mali corui:malū ouum.Nam Corax græce idē ſonat qđ

latine coruus. Et Syracuſis quidem in hūc modū eloquentiā Corace auctore inſtitutā accæpimus.
Athenis uero Gorgia Leontino p̄ceptore ac p̄uio: qui qū legatus petitū uenerat auxilia ꝑiclitanti
patriæ: quā finitimi bello infeſtabāt: Hic dato cōcilio: incredibile eſt quāta audiendi cupiditate po
pulū affecerit. Is ornatus erat orationis: ea dicēdi ſuauitas: & copia. Quocirca iteꝝ: ac tertio itrodu
ctus (neq; enim ſemel tantū orauit) tum uero totas: uſq; adeo cōmouit Athenas: ut cōcurſus undiq;
fieret. Dieſq; ipſos: qbus cōcionaretur: feſtos: cōciones uero lāpadas uocarēt: qa uidelicet tanq̄ ful
gur auditoꝝ animos dicēdo ꝑſtringeret. Hac deinde facūdia capti Athenīēſes auxilia: quæ petebat
Leōtinis miſerūt: ipſū uero Gorgiā penes ſe retinuerūt: cui p̄mia publice decreta: ut dicēdi gymna
ſia iuuētuti apiret. Et ſtatim ꝓfecere adoleſcētes mirūimmodū. Accedebat ad ingeniū: quo gens il
la p̄ſtabat iprimis induſtria: cupiditaſq; diſcēdi. Hinc igit̄ exorti ſūt: qū alii ꝑmulti: tū uero diuinus
ille oratoꝝ decē catalogus: Antiphonis: Rhānuſii: Lyſiæ: Cephali: Iſocratis: Iſæi: Eudocidis: Lycur
gi: Demoſthenis: Aeſchinis: Hypperidis: Dinarchi. Quoꝝ adhuc memoria uiuit: uiuetq; dum ſtu
dia litterarū extabūt. Neq; enim obſcura ē: aut eiuſmodi: ut ſilētio poſſit inuolui: qui tantū dicēdo
ualuerūt: ut græciā omnē ſui nominis fama cōplerint. Nam de noſtris: qui Romæ potiſſimum flo
ruere tacere ſatius exiſtimo: q̄ pauca dicere: qū unus Cicero tantū excellat eloquio: ut oēs oīum gē
tiū: & ætatū oratores: nullo diſſentiēte ſuperarit: aut certe adæquarit. De quo p̄clare quidam uatici
natus eſt: Tullius æratas agitabat in agmine turmas: Regia ꝓgenies: & tulli ſanguine ab alto. Indo
le ꝓ quāta iuuenis: quātūq; daturus Auſoniæ populis uētura in ſæcula ciuē. Ille ſup gangem: ſuper
exauditus & indos Implebit terras uoce: & furialia bella fulmine cōpeſcet linguæ: nec deinde relin
quet par decus eloquii cuiq̄ ſperare nepotū. Sed & ille tanti uiri gloriā mire cōplexus eſt: qui Ro
manū imperiū dixit: nihil ipſum ſibi habuiſſe ſimilius: q̄ Ciceronis ingeniū. O admirandā: & uere
munus deoꝝ eloquentiā: quæ potētiſſimas orbis terrarū ciuitates: & in his ingenia magna ſplēdo
re ſuo nobilitat. Nec mirū: cuius dici nō pōt quāta dexteritas ſit. Eſt enim uerſatilis natura: quæ mi
ris modis quolibet ipſa tam uerti poſſit: q̄ uertere. Siquidē antiſtrophos eſt nūc philoſophiæ: qua
uſi ſūt Pythagoras: Socrates: Plato. Nūc politicæ: cuius p̄ncipes fuerūt: Cicon: atq; Themiſtocles.
Nūc dialecticæ: cuius auctores fuerūt Demoſthenes: Lycurgus: & reliqui oratores. Nūc ſophiſticæ
cuius inuētores fuerūt: Ariſtogiton: & Aegemon. Nūc ſcōmaticæ: cuius præuii fuerūt: Demades &
Ariſtobolus: quibus oībus ineſt latens ꝑſuaſio quædā: in aliis alia magis: minuſue p̄cæpta: ſine qua
nulla earū ſuū pōt officiū implere. Quod qū ita ſit ꝓ uarietate rerū ac ꝑſonaꝝ: de q̄bus apud quos
agit̄ uoce: uultu: geſtu: p̄cipere: docere: monere: caſtigare: redarguere: accuſare: cōcitare: ipellere: ur
gere: mulcere: ſedare: cōprimere: aſſentire: cedere: delectare. Deniq; i oēs partes uerſare licet: ut ani
mos: ita & orationē. His ergo rationibus ductus eloquentiā exiſtimo: ut ab initio ꝓpoſui: non mo
do laudandā eē: ꝙ ita merita ſit: uerūetiā laudabilē: ꝙ ita nata fuerit. Quo fit ut ꝓbandum ſit maxi
me ꝓpoſitum eoꝝ: qui ſe huiuſcemodi ſtudiis dederūt: ex quibus ſibi: patriæq; ſuæ fructus uberri
mos conſequentur.

DIXI.

# PRAEFATIO EIVSDEM IN MARCI TVLLII ORATOREM.

q VANTVM Ciceronis orator ſcriptis oībus:nō dico aliorꝫ:ſed ipſius quoqꝫ Ciceronis
præſtet:ſi ſcire uultis adoleſcētes optimi:accipite ipſius de hoc libro iudiciū: qui qū ad
Leptā ſcriberet:Oratorē inqt meū tātopere a te ꝓbari uehemēter gaudeo: mihi quidē
ſic ꝑſuadeo:mei quicqd habuerim iudicii de dicēdo: in illū librū cōtuliſſe:qui ſi eſt ta-
lis:qualē tibi uideri ſcribis:ego quoqꝫ aliqd ſum. Aliter nō recuſo quin quantū de illo libro:tantū-
dem de mei iudicii fama detrahat. Quocirca uidetis quāti facūdius ſit de oratore liber:in quo ſecū
ipſe Cicero quodāmodo certarit.Etenim qū aliis opibus cæteros ſcꝑtores ſuparit:hoc certe ſeipſū
uiciſſe ꝓfitet.Eſt igit omni diligētia ꝑdiſcēdus liber:ex quo nūc demū poſſit uis oīs oratoria ꝑcipi.
Hic enim oratorē qualis eē debeat eximius orator expreſſit:qđ ab illo nō minori ſtudio:q̃ arte cō
fectū eſt.Siquidē uires oēs excitauit īgenii:ut quē animo cōcæperat:ſtudio didicerat:uſu ꝓbauerat:
uirū dicēdi peritū nobis ante oculos poneret.Quā dignū igit:q̃ uenuſtū:q̃ elegantē ab eo frugi pu
tamus:qui qū ſcriptores oēs lōgo īteruallo reliquerit:ī hoc uno tota mēte uerſatus eſt:ut legētibus
ſūmi oratoris uim:atqꝫ uirtutē oſtēderet. Vt enim Pictor egregius:ſiquid potiſſimū pingere uelit:
ubi artis ſuæ ſpecimen præbeat:præclarū quoddā efficere ſolet:ita facultatis huius īcōparabilis au
ctor:qū ſtatuiſſet artificii ſui periculū facere:id cōtinuo deprompſit opus:qđ diuino potius:q̃ hu-
mano ingenio elaboratū uideri poſſet. Apelles Veneris formā pictura imitatus eſt:Phidias Miner-
uæ ſignū mirabili arte ꝑfecit.Multū quidē in ſuo uterqꝫ gn̄e elaborauit. Cui rei id uel maximo fue-
rit argumēto: ꝙ alterius diuæ caput:ſūmūqꝫ pectus poſteritas imperfectū reliquit:q̃q̃ hoc de idu-
ſtria factū uideri poteſt:ut qū Anadyamenen uocāt:maris undas quaſi emergentē pubetenus exta
re uoluerit:alterius effigiē Athenieſes in ipſius deæ templo:qđ in arce ampliſſimū:pulcherrimūqꝫ
habuerūt:collocandū ſtudioſiſſime curarūt. Quis tum populi cōcurſus fuit:quæ alacritas:ut præ
ſtantiſſimorꝫ artificū præſtātiſſima opera ſpectarēt.Equidē ex ultimis terrarū partibus gentes con
fluxiſſe crediderim:ut qđ fama percæperāt:id re ipſa curioſi homines experirētur:ꝙ ſi ea quæ di-
co:& alia eiuſmodi ſigna:tabulaſqꝫ pictas:uiſendi libidine:ſtudioqꝫ ducebātur illi:nullū ſæpe labo
rem itineris recuſantes:quāto ſtudioſius nos expreſſā oratoris imaginē contēplari debemus: quā
nō in ære nobis:aut marmore Cares:ſiue Lyſippus opere manibuſqꝫ ꝑmi:ſed incorruptis litterarꝫ
notis Romani decus eloquii Cicero cōdiderit:præſertim qū nulla nobis ſpatia uiæ dimetiēda ſint
Adeſt:& præſto eſt uolētibus liber:nō qui oculos inani pictura teneat: ſed animū uera delectatio-
ne permulceat:& qū ſpectādis imaginibus laudētur artifices:qui uiuos uultus colore ducūt:& mar
more:cognoſcenda oratoris uirtute:quæ ſe nobis hoc libro totā explicat:auctoris quidem ſui ne-
quaq̃ parua celebratur laus:ipſius uero lectoris nihilo minor cōprobatur utilitas:qui ꝓpoſitū di-
cendi magiſtrū tanta admiratione ꝓſequitur:ut nihil ſibi præclarius eē uideatur. quē uero tātope-
re admiretur:ad eius imitationē neceſſe eſt ſūma ope nitat. Niſi forte ingenio ſimus humili:& abie
cto:qui nihil magnū:nihil egregiū ſperare audeamus. Neqꝫ enim audiēdi ſunt hi:qui talem dicūt a
Cicerone deſcribi oratorē:qualis nemo unq̃ fuit:& ꝓpterea ſtultū eſſe in eo elaborare: qđ nec illi
quidē cōſequi potuerūt:qui omnibus dicēdi arte præſtiterūt.Hoc nihilo plus ualet:q̃ ſiquis phyſi-
cū iubeat a ſtudio ſuo deſiſtere:ꝓpterea ꝙ rerū naturā cognoſcere nullo modo poſſit:aut philoſo
phum male ſanū appellet:qui ſapientiam ſequatur:quæ nulli unq̃ hominū omni ex parte cōceſſa
fuerit. Nam qđ poeta elegans dixit:eſt aliquid ꝓdire tenus:ſi nō datur ultra:præclare ſimul:& re-
cte dictū arbitror. Nunq̃ ingenia magna pulcherrimo laboris præmio fraudātur. Qui minus igit
laudādus erit:ſiquis qū dicendi artē percipere cupiat:hūc Ciceronis librū crebra lectione ꝑtractet:
quā Scipio ille Aphricanus:qui qum imperatorias artes expeteret:Xenophontis libellos nunq̃ de
manibus ponere ſolebat. Nec neſcius erat Scipio Cyrꝫ illū nō ad hiſtoriæ fidē ſcribi:ſed ad iuſti im
perii effigiē induci.legebat tamē nihilo ſetius:in quo nullū prætermitti uidebat diligētis:& mode-
rati imperatoris officiū. Et quātū uerbis philoſophus præcipere ſtuduerat:tantū re ipſa uir ſtrenu-
us præſtare elaborabat. Eo euenit ut imperatoriis artibus nō inferior euaderet:q̃ qui unq̃ ampliſſi
mi fuerūt. Quid igitur ꝓhibet:parem nobis induſtriæ fructū:laboriſqꝫ parare:ſi tanto nos ſtudio
imitemur Ciceronis oratorē:quāta ille diligētia Xenophontis imperatorē. Quæ qū ita ſint: nulla
noſ ratio defendere poterit:ne nō indigni uideamur laudibus eloquentiæ:ſi hoc nobis negligetur
opus:ex quo tātū oratoriæ facultatis percipiatur:quātū ex eo percipi poteſt:quo nullū ne Cicero-
nis quidē:Cicero ipſe teſtatur eſſe præſtātius. Poſtremo hic liber eſt:qui quantū nobis placuerit:tā
tum nos ꝑfeciſſe ſciamus. & queādmodū Cicero uoluit in huius libri dignitate ſuū de dicēdo iudi
ciū periclitari:ita nos:quicqd de illo iudicauerimus:eruditionis noſtræ teſtimoniū eſſe putemus.

τέλος. Præfationis.

decurſu honorũ etiã ætatis flexu conſtitiſſet: quã ſpem cogitationũ & cõſiliorũ meorũ: cũ graues cõmunium tẽporũ: tum uarii noſtri caſus fefellerunt. Namq; locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus uidebat̃: ĩ eo maximæ moles moleſtiarũ: & turbulẽtiſſimæ tempeſtates extiterũt. Neq; uero nobis cupiẽtibus atq; exoptãtibus fructus ocii datus eſt ad eas artis: qbus a pueris dediti fuimus: celebrandas: ĩter noſq; recolẽdas. Nã prima ætate ĩcidimus ĩ ipſam pturbationẽ diſciplinæ ueteris: & cõſulatu deuenimus ĩ mediũ rerum omniũ certamẽ atq; diſcrimẽ. & hoc tempus omne poſt cõſulatũ obiecimus iis fluctibus: q per nos a cõmuni peſte depulſi: in noſmetipſos redundarent. Sed tamen ĩ eis uel aſperitatibus rerũ: uel anguſtiis temporis: obſequar ſtudiis noſtris. Et quãtum mihi uel fraus inimicorũ: uel cauſæ amicorũ: uel reſpu. tribuet ocii: ad ſcribendũ potiſſimũ conferã. Tibi uero frater neq; hortãti deero: neq; rogãti. Nam neq; auctoritate qſq̃ apud me plus ualere te poteſt: neq; uoluntate. Ac mihi repetẽda eſt ueteris cuiuſdã memoriæ: nõ ſane ſatis explicata recordatio: ſed ut arbitror apta ad id qđ requiris: ut cognoſcas: q̃ uiri omnium eloquẽtiſſimi: clariſſimiq; ſenſerint de omni ratione dicẽdi. Vis enĩ ut mihi ſæpe dixiſti: quoniam

ipſa. Cõſtitiſſet: firmatus eẽt: & ſtetiſſet: Virg. Et paribus Cyllenius alis cõſtitit. Curſu honorũ: quia fere per oẽs magiſtratus & honores cucurrerat Cicero: nam fuit augur: ædilis: quæſtor: prætor: præfectus totius Aſiæ: & cõſul cũ. L. Antonio ĩ urbe. Flexu ætatis: declinante ætate ad ſenectutem. Quam ſpem: ut aliquãdo requieſcere poſſem. Cũ.i. partim. Cõmuniũ temporũ: uidelicet defenſiones ciuiles: in qbus maximo cũ labore ſe exercuit: & præcipue tẽpore Catilinæ. Nr̃i uarii caſus: quia ne tribunitio furori ciues & rempub. obiiceret Cicero: urbe diſceſſit ſpõte: cum poſt cõſulatũ ſuũ iimicitias P. Clodii incurriſſet. Qui locus: tempore. ſ. ætatis ĩtelligit: hoc eſt ſenectutem.

Quietis: quies ẽ corporis. trãqllitas uero animi. Tẽpeſtates: ſeditiones dicit: p metaphorã loquit̃. Hic animaduerte: ꝙ reciprocæ cõparationes ſunt inter tẽpeſtatem: & ſeditionem. Nam Virg. cõparauit tẽpeſtatem uentorum ſeditioni ĩ pmo æneí. hic cõparat ſeditionẽ tempeſtati: ut: Ac ueluti magno ĩ populo cum ſæpe coorta eſt ſeditio. Cupiẽtibus & optantibus: plus eſt optare q̃ cupere. cupimus quæ in ſpe ſũt: optamus uero quæ non ſperamus cõſequi poſſe. Cupimus præterea affcũ: exoptamus electu. Colẽdas: exercitatõe. Nam ĩ pma ætate ĩcidimus in pturbationẽ: intelligit ſeditiones: quæ fuerũt inter Syllam & Mariũ. Veteris diſciplinæ: pturbationem morũ ĩtelligit. dicit enĩ Romanos a cõſuetudine maiorũ declinare cœpiſſe. A cõſulatu.i. a pncipio conſolatus nr̃i. Certamen cõtentionũ: qa ſimulac creatus eſt cõſul, Cicero: in cõtentionẽ adduxit Catilinam. Et diſcrimen: põt eſſe hoc ſine certamine: ideo bene iũxit. Iis fluctibus: pmanet in tranſlatione: quã ſupius fecit. Qui fluctũ. P. Clodii factiones ĩtelligit: quas Cicero poſt cõſulatũ ſuum maxĩo piculo exptus eſt. Nã ne bonos ciues furori tribunitio (ut ante diximus) obiiceret: exulauit ultro. Sed tamen: quãq̃ hæc oĩa me a ſtudiis detrahãt. Sic plane uidemus quomodo beniuolentiã captat a pſona ſui. Nam hæ oẽs tempeſtates nequaq̃ poſſũt eũ detrahere a ſtudiis: quin fratris obſequatur uolũtati: quantũ poteſt. Aſpitatibus rerum: quantum ad diſcrimina tam publica: q̃ priuata. Vel anguſtiis: ad diſciplinas malas refert. Tibi uero frater: Hic beniuolentiam captat a pſõa auditoris. Didicimus.n. ab auditorũ pſona beniuolẽtiam capi: ſi pferemus: quæ de his æſtimatio ſit. nam oſtendit quãta ſit ſua de fratre æſtimatio: cũ dicat aliũ neq; auctoritate magis pſuadẽdo: neq; uolũtate potius rogando eũ poſſe mouere. Tibi uero: ac ſi dicat: & ſi cæteris deeſſem: tibi pfecto non deero. Aliũ neq; auctoritate: ſi hortetur. Neq; uolũtate: ſi rogabit. Hortãti: auctoritate. Rogãti: uolũtate tua. Ac mihi: Cõparat attentionẽ. Facit enim auditorẽ attentũ a rebus ipſis: cum oſtendit ſe de rebus magnis eſſe dicturũ: & de his rebus: quæ ad ipſum auditorem pertineãt. Non ſatis explanata: nõ ſatis oſtenſa per ipſos diſputatores: qui ad ipſã diſputatõem cõuenerãt. Nã pbatiſſimi hoĩes cũ de re magna p diſputationẽ cõtendũt: conant̃ qſq; ſuã defẽdere ſententiã: quo fit: ut nõ ſatis pp ter ſententiarũ uarietatẽ ipſa res: quæ aſſumit̃ diſputanda: explicari qat̃. Craſſũ.n. Coctã: & alios pbatiſſimos uiros uidebimus diſputare de omni ratione dicendi: & unuſquiſque ſuam ſententiam affert. Repetenda: præteritarum rerum eſt repetitio.

A pueris aut adoleſcentibus: ſi non puer: ſaltem adoleſcens erat tum Cicero: cum hæc compoſuit cõmentariola de dicendi genere rudia quidem: quippe quæ ab ipſo adoleſcente ſunt edita. Ex cõmentariolis: rhetoricam ueterem intelligit: quam conſtat in adoleſcentia compoſuiſſe. Inchoata: neq; enim opus illud perfecit: ſed ĩchoatum reliquit. Nam cum ſint quinq; rhetoricæ partes: de ſola dicit inuentione. Hoc enim opus poſtea non probauit. Atq; rudia: præcæpta illa rhetoricæ ueteris non ſunt edita illa elocutione: qua in cæteris ſcriptis uſus ẽ Cicero. Ergo inchoata ad infectionem: rudia ad ornatum refertur. Hac ætate: uel his temporibus: qbus maxime uiget eloquẽtia. Vel hac ætate. ſ. ætate ipſius Ciceronis: qa in maiori ætate digniora ſcribere poterat. Vſu: conſuetudĩe & exercitatione. Tot: ad numerum refertur: qa multas dixit cauſas. Tantis: ad grauitatẽ. Politius: qa illa rudia. Perfectius: quia iſta ĩchoata tantum: ſed nõ perfecta: ad ſuperiora ergo iſta. De iiſdem rebus: de ratione dicendi. ¶ Statuam: iudicem: quia Cicero cenſebat eſſe artem aliquã rhetoricæ facultatis. Ab elegantia doctrinæ: quia doctrina eſt electa: & ſeparata a uulgari opinione: ideo elegãs dicit. Nã doctrina eſt ſæpe contraria uulgaribus ſentẽtiis. Quodam ĩgenii & exercitationis: quia ſuopte ĩgenio quiſq; etiã rudis: exercitatione artẽ dicendi cõſequi poteſt.

quæ pueris aut adoleſcentibus nobis aut ex commentariolis noſtris inchoata atq; rudia exciderunt: uix hac ætate digna & hoc uſu: quem ex cauſis quas diximus tot tantiſq; conſecuti ſumus: aliquid eiſdem de rebus politius a nobis perfectiuſq; proferri. Soleſq; nõnũq hac de re a me in diſputationibus noſtris diſſentire: q ego eruditiſſimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuam. Tu autem illam ab elegantia doctrinæ ſegregandam putes & in quodam ingenii atq; exercitationis genere ponendam. ¶ Ac mihi quidem ſæpenumero in ſummos homines ac ſummis ingeniis præditos intuenti quærendum eſſe uiſum eſt: qd eẽt: cur plures in omnibus artibus: q̃ in dicendo admirabiles extitiſſent. Nam quocunq; te animo & cogitatione conuerteris: permultos excellentes in quocũq; genere uidebis non mediocrium artiũ ſed prope maximarũ. Quis eſt enim: qui ſi clarorum hominũ ſcientiam rerum geſtarum uel utilitate uel magnitudine metiri uelit: non anteponat oratori imperatorem: Quis autem dubitet: qn belli duces ex hac una ciuitate præſtãtiſſi-

¶ AC MIHI QuIDEM. In ſuperiori proemio oſtendit ſe & litterati ocii dignitate & Q. fratris auctoritate cõmotum inter multas uel rerum aſperitates uel temporum anguſtias cõſtituiſſe de oratoris inſtitutione ſcribere. Nunc in hoc proemio oſtendit oratoriam artem rem quandam eſſe miram & ampliſſimam: & tria facit. Nam primo quærit cur tam pauci oratores fuerunt. In ſecunda quæ incipit: Sed nimirum: oſtendit qua de cauſa plures in omni genere litterarum excellentes fuerint: q̃ in oratoria arte. In tertia parte: quæ incipit: Sed quia non dubito: oſtendit quiſnam ſit rhetoricæ facultatis modus. In prima ſic intendit: admirandum eſſe: cum in cæteris artibus plures excellentiſſimi euaſerint: tamen paucos excellentes inueniri oratores: præſertim cum neq; plures cæteris artibus inſeruiant: neq; quiſq̃ aut maiori delectatione: aut ſpe uberiore: aut præmiis amplioribus ad illa perdiſcendas cõmoueatur: & tamen in illis plures: in hac uero arte ꝑpauci inueniant excellentes: in qua concurrũt ea omnia: quibus ad ſtudia ſolent animi icendi. Eſt ꝓfecto res admirabilis. Bene igitur quærit cur hoc ſit. Secundo qua de cauſa ſit: oſtendit.
Sæpenumero: aduerbium eſt numeri: & tota una pars: & numero ad ornatum additur. Summos homines: quantum ad eoꝝ dignitatem. Ac ſũmis ingeniis præditos: quantũ ad ſentẽtiarũ ꝓfunditatem. Vel ſũmos dicit uirtute: quæ conſiſtit in actione: ut imperatores: & rerũpub. rectores: & gubernatores. Præditos ſũmis ingeniis dicit eos: qui in ſententiarũ obſcuritatibus: & uarietatibus uerſantur. Admirabiles: quia admiramur cum uidemus aliquem: qui longe cæteris p̃ſtet hominibus. Quocũq;: ideſt ad quancũq; artem uel uirtutem. Animo & cogitatione: ideſt cogitatione animi. Permultos: ad numerum refertur. Excellentes: ad magnitudinem ſentẽtiaꝝ.
In quocũq; genere: ſcilicet & in exercitationibus uirtutis: & in litterarum artibus. Quis enim? Ecce q̃uo iã infert: qđ agere cæperat. Claroꝝ hominũ ſcientiã. ſ. philoſophoꝝ: mathematicorũ aſtrologorum: ac etiam oratoꝝ: & hoc iam refertur ad hoĩes maximarum artium. Belli duces:

mos pene innumerabiles: in dicendo autem excellentes uix paucos proferre poſſimus. Iam uero conſilio ac ſapientia: qui regere ac gubernare rempublicã poſſint: multi noſtra: plures patrum memoria: atq; etiã maiorum extiterunt: q̃ boni: perdiu nulli: uix autem ſingulis ætatibus ſinguli tolerabiles oratores inuenirẽtur. Ac nequis forte cum aliis ſtudiis: quæ reconditis artibus: atque in quadam uarietate litterarum uerſentur: magis hanc dicendi rationem: q̃ cum imperatoris laude: aut cum boni ſenatoris prudentia comparandam putet: qui conuertat animum ad ea ipſa artium genera: circũſpiciatq; qui in iis floruerunt: q̃q; multi ſint: facillime quanta oratorum ſit: ſemperq; fuerit paucitas iudicabit. Neq; enim te fugit omnium laudatarũ artium procreatricem quandam: & quaſi parentẽ eã: (quam philoſophiam græci uocãt) ab omnibus doctiſſimis iudicari. In qua difficile eſt numerare quot uiri: quanta ſcientia: quantaq; in ſuis ſtudiis uarietate & copia fuerint: qui non una aliqua in re ſeparatim elaborarint: ſed omnia quæcũq; poſſent: uel ſcientiæ perueſtigatione: uel diſſerendi ratione comprehenderint.

ut. Q. Catullus: Fabii: Fabricii: Scipiones: Marcelli: Catones: Cæſares: deniq; plures alii. Vix paucos: ut Gracchi: Hortenſius: Antonius: Craſſi: Scæuola: & cæteri: de quibus habetur in hoc libro. Iam uero: artium mediocrium homines iam comparat oratoribus. Nam reipu. adminiſtratio reſpectu imperatoriæ artis eſt ars mediocris. Memoria noſtra: ſcilicet nr̃i q uiuimus: & adhuc ſumus: nã ad pñſens tp̃s refert. Patrũ: ad eorũ tp̃s: q uiuũt refertur. Atq; etiã maiorũ: ad tpa priſcorum refertur. Tolerabiles: nec ſummi: ſed mediocres. Ac nequis: Occurrit cuidã obiectioni: quam facere poſſet aliquis: non eſſe oratoriam artem cum his comparandam: quæ ad uirtutẽ potius q̃ ad ſtudia litterarũ ſunt conferenda: propterea q̃ inter ipſas nulla ſit ſimilitudo: ſed illis eſſe comparandam artibus: quæ in litterarum ſtudiis repoſitæ ſunt. Cum aliis ſtudiis: aliis ſcilicet ab arte imperatoria: & reipu. adminiſtratione. hic inuit artem imperatoriam inter ſtudia eſſe cõnumerãdam ſimul cum reipu. adminiſtratiõibus. In artibus reconditis: ideſt obſcuris: artem mathematicã intelligimus: quæ magnam habet rerum obſcuritatem: ut paulopoſt dicemus. Atque ĩ quadam uarietate litterarum: philoſophiam intelligit: cuius magna eſt uarietas propter philoſophorum uarias ſectas. Nã ſicuti uarie ſentiebant: ita diuerſa ſunt eorum ſtudia. finis autẽ philoſophiæ unus eſt: Bene uiuere: & ſũmũ bonũ quærere. Sed alii alia ratione id quærunt. Sũt.n.q ĩ uirtute ſũmũ bonũ eſſe putant: ut Stoici: qui diuitias: honores: cæteraq; talia contẽnunt: ſicut in Paradoxis declaratur. Sunt qui in uirtute quidem putant bonum eſſe: ſed negant ſolum bonum in uirtute eſſe q̃ diuitiæ: & cætera fortunæ & naturæ bona ſũt: ut Peripatetici. Sũt q ſũmũ bonũ ĩ uoluptatibus ponunt: ut Epicuri. Cinici uero nihil eſſe malũ uolũt: quod natura appetat. Quare honeſtius aiũt in foro comedere: uel aliud facere turpius: ſi natura appetat. Ergo horum: quoniam uariæ ſunt ſententiæ: neceſſe eſt: ut quæ litteris mãdantur: uaria ſint: ſic uaria ſunt philoſophiæ præcæpta uel documenta. Imperatoris laude: laudantur imperatoris res geſtæ: & non approbantur ſcripta. Prudẽtia ſenatoris: prudẽtia docet eos: q reſpub. regũt: uel adminiſtrãt. Ea ipſa. ſ. quæ modo diximus. Quãq; multi ſint: ut Pythagoras: Diogenes: Ariſtoteles: Socrates: Democritus: Ptolemæus: & multi alii. Quãta ſit: ad præſens. Fuerit: ad p̃teritum tempus refertur. Neq; enim te fugit: aperit quod dixit: unãquãq; artem oratoriæ comparans. Et quia princeps artium eſt philoſophia: ab ea incipit: & docet: tamen multo plures ĩueniri philoſophos: q̃ oratores. Laudatarũ omniũ artiũ: artes dicit liberales: quæ ĩgenio colũtur: & p̃pterea liberis hominibus dignæ ſunt: q̃s ideo dicit laudãdas eſſe: q̃m animũ excolũt. Illiberales uero: q̃s mechanicas dicimus: & ĩ manuum opa cõſiſtũt: eã laudẽ nõ merent: q̃m ſeruile habẽt miniſteriũ & manuũ opibus accõmodatæ ſunt. Procreatricẽ quãdam: qa oẽs artes a philoſophia deſcendũt. oĩs aũt philoſophia diuidit (ut ĩ principio diximus) in naturalẽ: moralẽ: & ſermocinalẽ. Rurſus philoſophia naturalis diuidit ĩ phyſicã metaphyſicã & mathematicã. Aethica uero. i. moralis diuidit ĩ politicã: monaſticã: & œconomicã. Sed logica diuidit: in grãmaticã: dialeticã: & rhetoricã: ergo omniũ artiũ p̃creatrix: & quaſi mater ẽ philoſophia. Quæ nõ ĩ una aliqua re. ſ. uĩ naturali: uel morali: uel ſermocinali. Vel diſſerẽdi: intelligit logicã: quæ maxĩe oẽs cõtinet quæſtiones. Vel perueſtigatione ſciẽtiæ: quãtũ ad moralẽ:

Quis ignorat ii qui mathematici uocantur quanta in obſcuritate rerum & q̄ recondita in arte & multiplici ſubtiliq; uerſentur? Quo tamen in genere ita multi pfecti homines extiterunt: ut nemo forte ſtuduiſſe ei ſcientiæ uehementius uideatur: qn quod uoluerit conſecutus ſit. Quis muſicis? Quis huic ſtudio litterarum qđ profitent ii: qui grāmatici uocantur penitus ſe dedit: quin omnium illarum artium pené infinitam uim & materiem ſcientia & cognitione cōprehenderit? Vere mihi hoc uideor eſſe dicturus ex omnibus iis: qui ī harum artium ſtudiis liberaliſſimis ſint doctriniſq; uerſati minimā copiā poeta℞ egregio℞ extitiſſe. atq; ī hoc ipſo numero: ī quo praro exorit aliqs excellens: ſi diligēter & ex græco℞ & noſtro℞ copia cōparare uoles: multo tn̄ pauciores oratores: q̄ poetæ boni reperiēt. Quod hoc etiā mirabilius debet uideri: qa cetera℞ artiū ſtudia feré

& naturalem philoſophiam: quarum magiſtri omnia inquirunt. Quis ignorat: pergit facere: qđ cœperat: ut oſtēdat rariores ſemp extitiſſe oratores: q̄ cæterarū artium periti uiri. & hic oratores cōparat mathematicis: quorum ars quanq̄ ſit obſcuriſſima: ſpeculatiua: atq; multiplex: tamen qui illi uehementius ſtuduerunt: uidentur id quod optarūt conſecuti: ſed non hūc aſſequūtur effectum: qui oratoriæ arti ſe dederūt. Nam tanta eſt ipſius ſcientiæ magnitudo & profunditas: ut uix pauci tolerabiles inueniri poſſint oratores. Mathematici ſunt qui in arithmetica: geometria: & aſtrologia uerſantur. Nā matheſis græce: latie appellatur diſciplina: ſed hæ ſciētiæ diſciplinæ dicuntur: eo q diſcant plane: & p demōſtrationem quandam percipiantur. Sed philoſophia: gramatica: atque rhetorica nō diſciplinæ dicuntur: qa non firmiſſima demonſtratione: ut illæ: ſed ratione q̄dam: & ſtudii inueſtigatiōe pcipiūt. In quāta obſcuritate rerum: qm aliæ corporeæ: aliæ icorporeæ ſūt: i qbus mathematici uerſant. Obſcuritatē uero habēt: qa uerſantur in numeris: atq; menſuris: quibus nihil pōt eſſe obſcurius: ppterea q de his cūcta dimetiunt. Sed numerus eſt alius perfectus alius impfectus. Perfectus numerus dicit: q ex ſuis partibus cōſtat: & i ſuas ptes reſoluit: ita ut ad unitatē reducat: ut ternarius numerus. Impfectus dr numerus: q ita reſolui nō pōt: ſed aliqd hēt ſupfluū: ut q̄ternarius. Nā i numeris ē paritas & īparitas. Imparitas: ut unus. Paritas: ut duo. In mēſuris uero cōſiderat quātitas cōtinua: & quātitas diſcreta. In q̄titate diſcreta ē pfectio: & ipfectio. Sed i q̄titate cōtinua cōſiderat lōgitudo: latitudo: altitudo: & pfūditas. Per altitudinē cōſideramus æthera: & res cœleſtes. Per latitudinē cōſideramus aera: & res aeris. Per longitudinē res terrenas. Et p pfunditatē aquas conſideramus. Quarū rerū rōnē numerus arithmeticus cōplectitur: quæ res obſcuriſſima eſt: & ſpeculatiuo indiget ingenio. Recondita arte: in occulta arte: & ſpeculatiua: nam artes ſpeculatiuæ recōditæ dicūtur. Multiplici: qa in arithmetica: quæ numerum agit: in geometria: ubi de menſuris: & aſtrologia uerſant mathematici: ſic multiplex eſt mathematica. Subtiliq;: Hæ tres pfecto ſunt ſubtiles: & ſpeculatiuis ac cōmodant ingeniis: ſed tamen harū ſubtilius eſt aſtrologia. Multi pfecti hoies: ut Nicomachus i arithmetica: Euclides i geometria: Ptolemæus i aſtrologia. Plures alii fuere: ſed hi pncipatū tenēt. Ei ſciæ. ſ. ſiue arithmeticæ: ſiue aſtrologiæ: quæq; ſub mathematica cōplectūt. Quis muſicis dedit ſe: cœpit ſpecialiter pbare i omni arte plures iueniri pſtantes uiros: q̄ i arte dicēdi: ac de philoſophis qdē ſupius: & de mathematicis dixit: nūc idē de muſicis: & grāmaticis intēdit. Pené infinitā uim & materiē: nā ſiqs uarietates uocū & numero℞ cōphendere uoluerit: illud uix cōficere poterit. Pari ratione ſiqs oēm artis grāmaticæ materiā cōplecti uoluerit: illud uix conſeq poterit. Materia: n. artis grāmaticæ ſūt litteræ: ſyllabæ: dictiones: & orationes. Nā elemēta ipſæ litteræ ſunt ex qbus ſyllabæ cōficiunt: ex ſyllabis dictiones: ex dictionibus orationes cōponūtur. Quæ omniā ſiqs cōplecti uoluerit: iueniet laborē pene ifinitū: & iexſupabilē. Vere: & ut cū poetis oratores cōparent: uideamus nūqd plures oratores boni: an poetæ repiant. Negari iqt nō pōt: qn & ex nrīs: & ex græcis pauci admodū poetæ boni fuerit: ſed ſi cū oratoribus cōparent: multo pauciores hi: q̄ illi reperient. Artiū liberaliſſimis ſtudiis: ideſt liberaliſſimarū artiū ſtudiis. Liberales aūt dicūt artes: eo q hoies liberos efficiāt. In quo praro: qa poetica ars ſub rhetorica cōtinet. Neceſſe. n. ē ut bonus poeta optie teneat artē dicendi. Quod hoc etiā: Poſtq̄ cōfirmauit plures i cæteris artibus uiros pſtantes iueniri: q̄ i arte dicēdi: nūc oſtendere incipit multis rationibus id admirādum eſſe. Quia cæterarum artium ſtudia fere: fere dicit ppter grāmaticā & muſicam: quarū materia & ſi ampla ſit: non tamen in rebus uerſatur obſcuris: ſed quæ & ipſæ in uſu quotidiano ſunt.

Reconditis atque abditis: librate loquitur. nam reconditis dicit: quia obſcura & difficilia ſũt abditis autem: quia noua & inuſitata. In medio: contra id quod dixit reconditis. Communi quodam uſu atque hominum more: ad id quod dixit abditis. A uulgari: ſi nimis antiqua uerba pronunciaueris. A conſuetudine communis ſenſus: quia orator elaborare debet in eo: ut non tantum uera: quam ueriſimilia dicat: uidelicet quæ ſint ex opinione hominũ. Ac ne illud: poſtq̃ a facili arguit: mirum eſſe: cur pauci admodum oratores inueneniantur: nunc probat illd' a dignitate & utilitate. Dicit enĩ multos huic arti operam dare: propter maxima præmia: quæ huic ſtudio ꝓpoſita ſunt: uel ad gratiam: uel ad opes: uel ad dignitatem: & tamen inde paucos excellentes euadere. ¶Ac ne illud quidem: occurrebat illud: ideo forte nõ multos inueniri in hac arte præſtantes: ꝙ pauci huic ſtudio operam darent. Tollit hoc Cicero. Eloquentiæ princeps: & ſi in cæteris ceſſerit græcia romanis: tamẽ eloquentiæ princeps eſſe uoluit: ſed poſtea Cicero: cũ apud apolloniũ græce oraſſet: iudicio Apollonii e græcia Romam tranſtulit eloquentiam. Et inuenta eſt & pfecta: bono ordine uſus eſt: nam primo aliquid inuenitur: deinde perficitur. Inuentrices: nam bonarum artium matrem athenas dicunt. Ac primo quidem: primo quidẽ inquit ſuopte ingenio ad ſtudia eloquentiæ ducebantur: quippe q̃ nullam præcæptionem huius exercitationis habebãt. exiſtimabant enim a natura tantummodo proficiſci eloquentiam: non exercitatione: neque alia arte cõfici. Oratoribus: ſ. Hermeſtre Hermagora. Magnitudo ac uarietas: nulla fere cauſa erat: quã non in urbe Romana agere potuiſſent: qui ſe huic ſtudio dederant. Magnitudo: ad quãtitatẽ continuam. Multitudo: ad quantitatẽ diſcretã. Varietas: quia omnis res ad dicendum propoſita eſt materia oratoris. Multitudo: quæ in iudiciali: in demonſtratiuo: & deliberatiuo genere cauſarũ uerſarentur. Adiungeretur uſus: ideſt exercitatio. Ingenia uero: ad gratiam: ut qui eloquentiſſimus eẽt apud optimos gratus eſſet: & opibus præſtaret: & ſũmo apud oẽs i honore eẽt. Ingenia uero: erat et alia cauſa: cur multi hãc artẽ cõſequerẽtur: ꝙ romani cæteris gẽtibus igenio pſtiterũt.

reconditis atque abditis fontibus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in medio poſita: communi quodã in uſu: atque in hominum more & ſermone uerſatur: ut in cæteris id maxime excellat: quod longiſſime ſit ab imperitorum intelligentia ſenſuque diſiunctum: ĩ dicendo autem uitium uel maximum eſt: a uulgari genere orationis: atque a conſuetudine communis ſenſus abhorrere. Ac ne illud quidem uere dici poteſt: aut plures cæteris inſeruire: aut maiore delectatione: aut ſpe uberiore: aut præmiis ad perdiſcendum amplioribus commoueri. Atque ut omittam græciam: quæ ſemper eloquentiæ princeps eſſe uoluit: atque illas omnium doctrinarum inuentrices athenas: in quibus ſumma dicendi uis: & inuenta & perfecta eſt: in hac ipſa ciuitate profecto nulla unq̃ uehementius: q̃ eloquentiæ ſtudia uiguerunt. Nam poſteaq̃ imperio omnium gentium conſtituto: diuturnitas pacis ocium confirmauit: nemo fere laudis cupidus adoleſcens: non ſibi ad dicendum ſtudio omni enitendum putauit. Ac primo quidem totius orationis ignari: qui neque exercitationis ullam uim: neque aliquod præcæptum artis arbitrarentur: tantum quantum ingenio & cogitatione poterãt: conſequebantur. Poſt autem auditis oratoribus græcis: cognitiſque eorum litteris: adhibitiſque doctoribus: incredibili quodam noſtri homines dicẽdi ſtudio flagrauerũt. Excitabat eos magnitudo: ac uarietas multitudoque in omni genere cauſarum: ut ad eam doctrinam quam ſuo quiſque ſtudio adſecutus eſſet: adiungeretur uſus frequens: qui omnium magiſtrorum præcæpta ſuperaret. Erant autem huic ſtudio maxima: quæ nunc quoque ſunt: expoſita præmia: uel ad gratiam: uel ad opes: uel ad dignitatem. Ingenia uero: ut multis rebus poſſumus iudicare: noſtroꝝ hominũ

multum cæteris hominibus omnium gentium præſtiterunt, Quibus de cauſis quis non iure miretur: ex omni memoria ætatum: temporum: ciuitatum: tam exiguum oratorum numerum iueniri: Sed nimirum maius eſt hoc quiddam: q̄ homines opinãtur: & pluribus ex artibus/ſtudiiſq; collectum. Quis enim aliud in maxima diſcentium multitudine ſũma magiſtrorum copia præſtantiſſimis hominum ingeniis: infinita cauſarum uarietate: ampliſſimis eloquẽtiæ propoſitis præmiis eſſe cauſæ putet: niſi rei quãdam incredibilem magnitudinem: ac difficultatem: Eſt enim & ſcientia comprehẽdenda rerum plurimarum: ſine qua uerborum uolubilitas inanis/atq; irridenda eſt. Et ipſa oratio conformãda nõ ſolum electione: ſed etiam conſtructione uerborum: & omnes animorum motus: quos hominum generi natura rerum tribuit: penitus pnoſcendi: q̄ omnis uis/ratioq; dicendi in eorum qui audiunt mẽtibus: aut ſedandis/aut excitandis expromenda eſt. Accedat eodẽ oportet lepos quidã facetiæq;: & eruditio libero digna: celeritaſq;: & breuitas: & reſpondendi: & laceſſẽdi: ſubtili uenuſtate/atq; urbanitate coniuncta. Tenenda præterea omnis antiquitas: exemplorũq; uis: neq; ius legũ aut ciuilis iuris ſcĩa negligẽda ẽ. Nã quid ego de actiõe

¶ Sed nimirũ: Hæc ẽ poſtrema pars huius capitis: in qua ſoluitur quæſtio: cur in cætæris artibus excellentes uiri complures: in arte oratoria pauci inueniantur. & hæc cauſa eſt: q̄ hanc artem dicit cæteris eſſe difficiliorem: q̄ ita eſſe coniecturis euidenter oſtendit. Erit ergo coniecturalis conſtitutio. Intentio eſt: ars oratoria cætæris difficilior eſt. Depulſio: non eſt. Quæſtio eſt: utrum ars oratoria cætæris artibus difficilior ſit: Quod probare uult artem oratoriam cætæris artibus eſſe difficiliorem: coniecturis oſtendit nõ factum eſſe quod oportuit: hoc modo: Si ars oratoria cætæris difficilior non eſſet: a multis ſicut cæteræ diſci oportuit: q̃ multi pſertim operam darent: ſed hoc factum nõ eſt: apparet ergo hanc artẽ cæteris eſſe difficiliorẽ. Maius eſt. ſ. hoc artificium oratoriũ. non eſt inquit ut uulgo homines opinantur: q̄ hæc ars cæteris facilior ſit. Eſt enim & ſciẽtia: hoc dicit quantũ pertinet ad materiã rhetoricæ facultatis: nã i hac pbatione breuiter uniuerſum corpus artis oratoriæ cõplectitur. Nõ ſolũ electione ſed etiam conſtructione: & hoc quantum ad elocutionem/quæ i tres partes diuiditur: in elegantiam cõpoſitionem & dignitatẽ. Electione: ad elegantiam quæ facit: ut ununquodq; uerbum pure & aperte dici uideatur. nã in ſimplicibus uerbis qđ non eſt latinũ: ſic in coniunctis qđ non eſt cõſequens: eſt uituperandum. ergo electiõe. ſ. ſimplicium uerbo℞: conſtructione. ſ. cõiuncto℞. Cõſtructione: ad compoſitionẽ: quæ eſt conſtructio uerborũ æqualiter perpolita. Et omnes animo℞ motus: τὰ πάθη. Nam partium orationis duæ: ad rem docendã ualent: narratio/& cõfirmatio. Ad impellendos animos duæ: principiũ/& peroratio. hoc pertinet ad pncipia: & concluſiones in quibus animi hominũ & ad beniuolentiã trahũtur: & ad indignationẽ concitantur: & ad miſericordiã flectuntur. Cognoſcendi ergo ſunt hominum affectus: ut ex diuerſitate cõplexionum put nobis cõmodum erit: eorũ animi uel ad beniuolentiã: uel ad indignationem: uel ad miſericordiã trahantur. Nam ſi homo cholericus fuerit: ad iracundiã facile concitatur. Si ſanguineus: ad beniuolentiã inducitur. Si melancholicus: ad odiũ. Aut ſedãdis: ſi ad miſericordiam traducere uolet orator. Excitãdis: ſi ad odium & indignationẽ: illud per cõqueſtionem fiet: incõmoda noſtra cõmemorando. Hoc per amplificationem: aduerſariorũ crimina exaggerãdo. ¶ Accedat eodem oportet: hoc pertinet ad confirmationem & confutationẽ: tametſi enim in principiis: & concluſionibus præcipue ſeruãdum eſt: ut beniuoli reddantur auditores: tamẽ hoc quoq; per totam orationem ſeruandum eſt. Facetiæ autem nonnunq̃ etiam animos auditorum oblectant: & aduerſarios plærunq; confundunt. Ergo his & in confirmatione & in confutatione utendum eſt. Lepos facetiæq;: eſt autem lepos oratio continua & iucunda: facetiæ autem oratio breuis & iucunda. Reſpondendi: ad confutationem. Laceſſendi: ad cõfirmationem. Venuſtate: ad leporem. Vrbanitas & leporem & facetias complectitur. ¶ Tenenda: hoc ad exornandam & locupletãdam pertinet argumentationem. Iuris ciuilis: hoc etiam præcipit Quintilianus libro iſtitutionum ultimo. Ait enim iuris quoq; ciuilis ſcientia neceſſaria huic uiro eſt: & morum ac religionum eius reipub. quã capeſſet. Nam de actione ipſa: hoc pertinet ad pronunciationem: quæ

uoce uultu & geſtu corporis moderanda eſt:quæ pars difficilis eſt: ſicut Domeſtheni uidebatur. Ex quo qum quæreretur:quid eſſet primum in oratore? reſpondit pronunciatio. Quid ſecundũ? pronunciatio. Quid tertium? pronunciatio. Motu corporis:omnis pronunciationis ratio in duas partes diuiditur:in uocis figuram:& corporis motum. Motus autem corporis:ĩ uultus & geſtus moderatione continetur:ĩ uultu pudorem & acrimoniam eſſe oportet:in geſtu uero uenuſtatem conſpiciendam non turpitudinem. Figura uocis in tres partes diuiditur:in magnitudinem: firmitudinem:mollitudinem.

ipſa plura dicam: quæ motu corporis: quæ geſtu: quæ uultu: quæ uocis conformatione ac uarietate moderãda eſt? quæ ſola per ſeipſa quanta ſit histrionum leuis ars & ſcæna declarat. In qua cum omnes in oris & uocis & motus moderatione laborent: quis ignorat q̃ pauci ſint fuerintq; quos animo æquo ſpectare poſſimus? Quid dicam de theſauro rerum omniũ memoria? quæ niſi cuſtos inuentis cogitatiſq; uerbis & rebus adhibeatur: intelligimus omnia etiam ſi præclariſſima fuerint: in oratore peritura? Quamobrem mirari deſinamus: quæ cauſa ſit eloquẽtium paucitatis: qum ex iis rebus uniuerſis eloquentia conſtet: in quibus ſingulis elaborare permagnũ eſt. Hortemurq; potius liberos noſtros: cæteroſq; quorum gloria nobis: & dignitas chara ẽ: ut animo rei magnitudinem complectãtur. Neq; eis aut præcæptis: aut magiſtris: aut exercitatiõibus: q̃bus utũtur omnes: ſed aliis quibũſdam ſe id q̃d expetunt: conſequi poſſe confidant. Ac mea quidem ſententia nemo poterit eſſe omni laude cumulatus orator: niſi erit omnium rerum magnarũq; artium ſcientiam conſecutus. Etenim ex rerum cognitiõe efflореſcat & redũdet oportet oratio: quæ niſi ſit ab oratore pcæpta & cognita: ina-

Quæ quanta ſit: qum multi fuerint qui fabulas in theatro recitauerint: pauci adhuc inuenti ſunt: qui ſpectatoribus placuerint: q̃ũ unus tantummodo Ciceroni placuerit: quẽ delitias ſuas appellabat: Roſcius uidelicet. ex quo deprehẽdi facile poteſt: q̃ difficilis ſit pronunciandi ratio: nam ſi in re leui & inani: utpote ludrica pronunciatio tanti fuit: quanto magis ea in oratore æſtimãda ẽ. Quid dicam de theſauro? ideſt repoſitione: nã inuenta & excogitata ĩ memoria repoſita fideli cuſtodia ſeruantur. Rerum oĩnm: ſcilicet inuentionis: in qua continetur exordium: narratio: diuiſio: confirmatio: confutatio & concluſio. Inuentis: cogitatis: inuenta ad res ueras: cogitata ad uериſimiles pertinent. Rebus & uerbis: res ad inuentionem: uerba ad elocutiouẽ pertinẽt. Hortemurq; potius q̃ admiremur: ac ſi diceret: omiſſa admiratione liberos noſtros hortemur: ut cogitent quanta ſit huius rei magnitudo. Quibus utuntur omnes: ſcilicet uulgo. Præcæptis: quæ de hac arte tradita ſunt. Aut magiſtris: rhetoribus. Aut exercitationibus: ideſt declamationibus. Sed aliis quibuſdam: uidelicet his que a nobis in his libris traduntur. Ac niſi erit omnium rerum: quantum ad antiquitatis memoriam: exempla enim antiquorũ ad id ualent: ut argumentationẽ noſtram & confirment & exornent. Magnarũq; artium: ad omnes artes quæ liberales appellantur. Ex rerum cognitione effloreſcat & redundet oratio: ut horatius: Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ. Effloreſcat: ad exornationem. Redundet: ad locupletatõnem. Percæpta: ad memoriam. Et cognita: ad intelligentiam. Neq; uero: tacitæ quæſtioni reſpõdet: nam obiici poſſet: tantum oratori præcipi: quantum aſſequi nemo poſſit: & præſertim occupatus homo: ſicuti romani ciues qui non ſolum in ſtudiis litterarum exercentur: ſed etiam in gerendarum rerum exercitatione uerſantur. Noſtris præſertim oratoribus: quia hoc fortaſſe græcis imponi poſſet: qui ocio abundant: ut omnia complecti poſſint. Vrbis ac uitæ: rem pu. & priuatam ĩnuit. Nihil ut his putem licere neſcire: ideſt ut exiſtimem neceſſarium eſſe oratorem omnia ſcire. Suſcipere: ad ſtudium. Polliceri: pfeſſione. Vt omni de re: ergo ſi officium oratoris eſt omni de re: quæcunq; propoſita ſit ornate copioſeq; diſſerere: ſequitur oportere eum omnium rerum habere ſcientiam. Sed quia non dubito: quãuis uideatur hoc eſſe oratoris officium ut dixi: tamen quia uideo græcos qui ocio abundant: non aliis negociis occupati: ſicut romani: ut poſſent ſuum omnẽ tempus in ſtudiis litterarum cõſumere: noluiſſe tamen oratorem omnia complecti: ſed a cæteris artibus ſeparaſſe hanc dicendi rationem: quæ in forenſibus diſcæptatõnibus iudiciorum & deliberationum uerſatur: & hoc unũ genus oratori reliquiſſe: ego

quoq; in his libris amplectar: quæ ad hanc partem pertinere putauerunt. Hoc immenſum: magnitudine. Infinitum: numero. Sed etiam ocio: contra illud in tanta occupatione urbis ac uitæ. Neq; in uniuerſo genere ſingulos: ac ſi diceret uniuerſos omnes artes conſequi potuiſſe: ſed ſingulos certe uniuerſas artes non fuiſſe complexos. A cæteris dictionibus: ſcilicet phyſicis & moralibus. Iudiciorum aut deliberationum: uidetur duo tm̃ genera cauſarum innuere: ſed tamen altius intuens: tria genera fuiſſe complexum inueniet. Nam demonſtratiuum genus: de quo tacuiſſe uidetur hoc loco ſub iudiciali continetur. Eſt autem genus iudiciale quod in cõtrouerſia poſitum habet in ſe accuſationem aut petitionẽ cum defenſione. Demõſtratiuum uero quod attribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem uel uituperationem. ſed aliquem accuſare non poſſumus: quin eundẽ uituperemus: nec defendere quem nõ laudemus: Apparet ergo ſub iudiciali recte genus quoq; demõſtratiuum itelligi. Repetamq; non ab incunabulis: id eſt repetam non quæ a prima ætate didici aut etiã tradidi: ſed quæ intelligo i diſputationibus noſtrorũ hominum eloquẽtiſſimorum eſſe uerſata. Et hic facit auditorem attentum: quia dicit ſe non uſitata: ſed noua de arte oratoria præcæpta traditurum. Quẽdam ordinem præcæptorum: ut dicam tria eſſe genera cauſarum: demonſtratiuum: deliberatiuum: & iudiciale. Deinde quinq; eſſe partes integrales rhetoricæ facultatis: inuentionem: diſpoſitionẽ: elocutionem: memoriam: & pronũciationem. Poſtea inuentionis partes eſſe: exordium: narrationem: diuiſionem: confirmationem: confutationem: concluſionem: & reliqua per ordinem digerere. Hoc non fuit propoſitum meum. In noſtrorum hominũ: ut Craſſi: ut Antonii. Sed qm̃ illa pateãt in promptuq; ſint omnibus: ac ſi diceret nemo eſt: qui neſciat tria eſſe genera cauſarum: quinq; partes rhetoricæ facultatis: deinde inuentionem diuidi i partes inſtrumẽti. Aut ornatius explicari: aut planius exprimi: propria aduerbia uerbis reddidit & recte: nam aduerbia ſunt: quaſi uerborum epitheta. Explicare: eſt proprie extendere & explanare: exprimere: eſt pene rei ipſius imaginem deſcribere. Vt eorum auctoritatẽ: uidelicet Craſſi & Antonii.

nem quandam habet elocutionẽ & penẽ puerilẽ. Neq; uero hoc ego tãtũ oneris imponã noſtris præſertim oratoribus: in hac tãta occupatione urbis ac uitæ: nihil ut iis putem licere neſcire: quanq̃uis oratoris profeſſioq; ipſa bene dicendi: hoc ſuſcipere ac polliceri uideatur: ut omni de re: quæcũq; res ſit propoſita: ornate ab eo copioſeq; dicatur. Sed quia non dubito: quin hoc plæriſq; immenſum infinitũq; uideatur: & q̃ græcos homines nõ ſolum ingenio & doctrina: ſed etiam ocio ſtudioq; abundantes partitionem quandam artium feciſſe uideo: neq; ĩ uniuerſo genere ſingulos elaboraſſe: ſed ſepoſuiſſe a cæteris dictionibus eam partem dicẽdi: quæ ĩ forenſibus diſcæptationibus iudiciorum aut deliberationum uerſaretur: & id unum genus oratori reliquiſſe. Non complectar in his libris amplius: q̃ q̃d huic generi re quæſita: & multum diſputata: ſũmorum hominũ prope conſenſu eſt tributum. Repetãq; non ab incunabulis noſtræ ueteris puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præcæptorum: ſed ea quæ quondã accæpi ĩ noſtrorum hominum eloquẽtiſſimorum: & omni dignitate pñcipum diſputationibus eſſe uerſata. Non q̃ illa contẽnam: quæ græci dicendi artifices & doctores reliquerũt. Sed quoniam illa pateant: ĩ promptuq; ſint omnibus neq; ea interpretatione mea aut ornatius explicari: aut planius exprimi poſſint: Dabis hanc ueniam mi frater ut opinor: ut eorum quibus ſumma dicendi laus a noſtris homĩbus cõceſſa eſt: auctoritatẽ græcis anteponã.

VM IGITVR VEHEMENTIVS. Expedito primo huius operis tractatu: qui locum proœmii obtinet (nam & beniuolentiam captauit a perſona ſua: qum incommoda ſua cõmemorauit: & attentum fecit auditorem: qum ſe noua & inuſitata de hac arte præcæpta traditurum oſtendit) Sequitur ſecundus tractatus: in quo diſputationis futuræ introductio continetur: Eſt autẽ huiuſmodi: Qum ſeditione inteſtina ſenatus/& equeſtris ordo diſcæptarent: Druſus Tri. Pl. cauſam ſenatus ſuſcæpit: & (ut uires acquireret) pernicioſa largitione: lata lege agraria plæbẽ excitauit, Huic rogationi reſiſtebat conſul philippus qui largitionem illã ex dignitate ſenatus non eſſe uidebat: hic qũu grauiter in ſenatum eſſet inuectus: & ei ſegnitiem ꝓ roſtris exprobãs dixiſſet: alio mihi ſenatu opus eſt: Idque Craſſus uir ſummus/& eloquẽtiſſimus grauiter ferret: lictorem immiſit qui ei manum iniiceret. Illo repulſo: non es (inquit) mihi philippe conſul: quando nec ego tibi ſenator ſum, Sub hanc diſceptationẽ dicitur Craſſus cauſa recreandi ſe cũ Antonio/& duobus adoleſcentibus: Cotta & Sulpitio: in agrum tuſculanum recæpiſſe, In cauſam principum: ideſt ſenatus: quia ſenatus ĩpotentiam equeſtris ordinis ferre nolebat: quã in iudiciis exercebat. nam iudicia a ſenatu ad equites tranſlata erãt, quæ ſenatus reuocare ſtudebat. Ludorũ romanorũ: ideſt Circenſium. Quaſi colligendi: ideſt recreandi: ut ipſe in uerrinis: manifeſto furto ꝑturbatus ubi ſe collegit. i. recreatus ẽ. A tribus illis: Craſſo Mutio & Antonio. Deplorata: qa incõmoda reip. miſerabantur. Quod nõ impẽdere illi tanto ante uidiſſet: Diuinarũt (inquit) uiri illi cõſulares imminere reipu. qđ poſtea re ipſa ſumus experti. Humanitatem: quæ eſt uni homini data ex uniuerſis animantibus: unde ab homine appellatur humanitas. Lauti: a lauto lauticia dicit᷑. Vt dies iter eos curiæ: tanta iocunditate conuiuium in tuſculano celebrarunt: ut eo die uiſi ſint in ſenatu fuiſſe. Duobus ſpatiis tribuſue. i. qum bis terue deambulaſſent. Socratem illum: qui eſt in phædone Platonis. nam Plato inducit Socratem præcæptorem ſuum cum Phædone de anima diſputantem: ubi ſubtili & exactiſſima diſputatione omnia (que ad animam pertinent) philoſophus ille complexus eſt. Dicitur autem libellus ille: περι ΤΗσ ψυκησ: qui adhuc extat. Fuit autem Phædon Helidenſis Socrati & Platoni familiariſſimus: conditione ſeruus: forma tamen atq; ingenio liberali: ab Alcibiade ſeu Critone Socrate monente redemptus: qum a lenone domino infami quæſtui intra cælam

## Dialogus Incipit narratio.

Vm igitur uehementius inueheret᷑ in cauſam principum conſul Philippus Druſiq; tribunatus ꝓ ſenatus auctoritate ſuſcæptus: infringi iã debilitariq; uideretur: memini dici mihi ludoꝝ romanorum diebus. L. Craſſũ quaſi colligendi ſui cauſa ſe in tuſculanum cõtuliſſe: ueniſſe eodem ſocerum eius: qui fuiſſe Quĩtus Mutius dicebatur: &. M. Antonius homo & conſilioꝝ in repub. ſocius: & ſũma cum Craſſo familiaritate coniunctus, Exierant autem cum ipſo Craſſo adoleſcentes & Druſi maxime familiares: & ĩ quibus magnam tum ſpem maiores natu dignitatis ſue collocarant. C. Cotta (qui tr. petebatur) &. P. Sulpitius qui deinceps eum magiſtratum petiturus putabatur, hi primo die de temporibus illis: deq; uniuerſa re. p (quã ob cauſam uenerant) multum inter ſe uſq; ad extremum tempus diei collocuti ſunt: quo quidem ſermone multa diuinitus a tribus illis conſularibus Cotta deplorata/& cõmemorata narrabat: ut nihil incidiſſet poſtea ciuitati mali: qđ nõ impendere illi tanto ante uidiſſent, Eo autem omni ſermone confecto tantam in Craſſo humanitatem fuiſſe: ut cum lauti accubuiſſent: tolleretur omnis illa ſuperioris triſticia ſermonis: eaq; eſſet in homine iucunditas: & tantus in loquẽdo lepos: ut dies ĩter eos curiæ fuiſſe uideret᷑ cõuiuiũ tuſculani, Poſtero aũt die (qũ illi maiores natu ſatis qeſſẽt: & ĩ ambulationẽ uẽtũ eẽt:) dicebat tũ Scæuolã duobus ſpatiis/tribuſue factis dixiſſe: Cur nõ imitamur Craſſe Socratẽ illũ q ẽ ĩ phædõe Platõis:

ſe cogeretur addiſcere. Is poſtea philoſophus illuſtris fuit. Opacandum: inumbrādum. Quā illā: cuius umbram ſecutus eſt Socrates: ſic enim inducitur Socrates ſub umbra illius arboris diſputare. Quæ mihi uidetur non tam aquula: Plato deſcribit circa platanum fuiſſe riuulum diſcurrentis aquæ: qui radices arboris rigaret: & eam frontibus lætiorem redderet. Locum hunc autem ita deſcribit plato: ut quodammodo uideatur amœnitate ſua ad diſputandum Socratem inuitare. De Platano plura in naturali hiſtoria ſcribit Plinius. Vnam dicit fuiſſe cubitorum trigintaunius radice ramos antecedente: atque ambulatōe academica celebratam: de qua hoc loco Cicero loquitur. Nō tam ipſa aquula: ideſt parua aqua. Dicit aūt aqua: a q̄ uiuimus. Quā Platonis oratione creuiſſe: nam quia inducit Socratē ſub ea arbore diſputantem ideo ipſius arboris ꝑpetua memoria manet. Duriſſimis pedibus: hoc de Socrate legitur: ꝙ ab ortu ſolis: uſq; ad occaſum in iiſdē ueſtigiis immotus: uno intuitu ſteterit: auctor ē Gellius. Meis pedibus: qui ſunt molliores. Ibi (ut ex p̄ſtino ſermone) In hoc capite ſecūdi tractatus cōtinetur: quomodo diſputatio de ſtudiis dicēdi oritur a Craſſo: quæ ſtudia cum ex rebus multis: tum ex auctoritate ſermonis: & partim etiam ex urbium conſtitutione laudantur. In prima parte huius artis oſtendit utilitatem. In ſecūda præſtantiam, In tertia uirtutem eloquentiæ. Priſtino ſermone: quem de diſcrimine reipub. habuerant. De ſtudio dicendi: uidelicet laudaſſe ſtudia eloquentiæ. Tantam facultatem: facultas omnium artiū genus eſt. Sic enim diffinire poſſumus: ut Dialectica facultas diſſerendi: Logica facultas inueniendi: Rhetorica: facultas dicendi. Eſt autem facultas uis quædam: quæ facit: ut id facilius fieri poſſit: quod de unaquaque arte præcipit. Aequalibus: ideſt æqueuis. Quam poſſe dicendo: tres orationis ſingulares tangit partes uidelicet: docere: delectare: & mouere. Cum enim dicit: Tenere hominum cœtus: quantum ad docere. Mentes allicere: quantum ad delectare. Volūtates impellere: quantū ad mouere. Hæc una: argumentatur ab utili. Libero populo: qui rerum potitus eſt: ut populus romanus: & Athenienſis. Floruit: ad honorem & dignitatem. Dominata: ad opes & potentiam. Quod oībus natura ſit datū: qđ a natura oībus datū ē: ut loq poſſint. Qui uero id excellēter facit: uł ſolus uel cū paucis: nū ne oī admiratōe ꝓſequēdus eſt? Aut tā iucūdū: ad gratiā ꝑtinet: & dignitatem. Sumit aūt argumētū a facili: ſimul & iocūdo. Aut tā potēs: ad id qđ dixit ſupra: dn̄ata ē. Sētētiis & uerbis: utrāq; tangit ornationē: & uerborū: & ſententiarum. Populi motū: i roſtris cōcionādo

Nam me hæc tua platanus admonuit: quæ nō minus ad opacandum hunc locum patulis diffuſa eſt ramis: q̄ illa cuius umbram ſecutus eſt Socrates: quæ mihi uidetur non tam ipſa aquula quæ deſcribitur: q̄ Platonis oratione creuiſſe: & ꝙ ille duriſſimis pedibus fecit: ut ſe abiiceret in herba: atque ita que philoſophi diuinitus ferunt eſſe dicta loqueretur: id meis pedibus certe concedi eſt equius. tum Craſſum. Immo uero commodius etiam: puluinoſque popoſciſſe: & omnes in his ſedibus quæ erant ſub platano conſediſſe dicebat. Ibi ut ex priſtino ſermone relaxarentur animi omniū: ſolebat Cotta narrare Craſſum ſermonem quendam de ſtudio dicendi intuliſſe. Qui cum ita eſſet exorſus Non ſibi cohortandum Sulpitium & Cottam: ſed magis utrunque collaudandum uideri: ꝙ tantam iam eſſent facultatem adepti: ut non æqualibus ſuis ſolum anteponerētur: ſed cū maioribus natu compararētur. Neque mihi uero quicq̄ inquit præſtabilius uidetur: q̄ poſſe dicendo tenere hominum cœtus: mentes allicere: uoluntates impellere quo uelit: unde autem uelit deducere: hæc una res in omni libero populo maximeq; ī pacatis trāqllisque ciuitatibus: præcipue ſemꝑ floruit ſempq; dominata eſt. Quid enim eſt aūt tā admirabile: q̄ ex infinita multitudine hominum exiſtere unum: qui id quod omnibus natura ſit datum: uel ſolus: uel cum paucis facere poſſit? Aut tam iucundum cognitu atque auditu: q̄ ſapientibus ſententiis grauibuſque uerbis ornata oratio & perpolita: aut tā potens

atq; magnificum : q̄ populi motus : iudicū religiones : ſenatus grauitatem : unius oratione conuerti ? Quid tam porro regium : tam liberale : tam munificum : q̄ opem ferre ſupplicibus : excitare afflictos : dare ſalutē : liberare periculis : retinere homines in ciuitate ? Quid autem tam neceſſarium : q̄ tenere ſemper arma : qbus uel tectus ipſe eſſe poſſis : uel prouocare improbos : uel te ulciſci laceſſitus ? Age uero ne ſemper forū ſubſellia roſtra : curiāq; meditere : quid eſſe poteſt in ocio aut iucundius : aut magis proprium humanitatis : q̄ ſermo facetus : ac nulla in re rudis ? Hoc enim uno præſtamus uel maxime feris : q̥ colloquimur inter nos : & exprimere dicendo ſenſa poſſimus. Quaōbrem quis hoc non ī re miretur : ſummeq; in eo elaborandum eſſe arbitret̄ : ut quo uno homines maxime beſtiis præſtent : in hoc hominibus ipſis antecellat ? Vt uero iam ad illa ſūma ueniamus : quæuis alia potuit : aut diſperſos homines unum in locum cōgregare ? aut a fera : agreſtiq; uita ad hunc humanum cultum ciuilemq; deducere ? aut iam conſtitutis ciuitatibus : leges : iudicia : iura deſcribere ? Ac ne plura quæ ſunt īnumerabilia conſecter : compre hendam breui. Sic enim ſtatuo perfecti oratoris moderatione & ſapientia : non ſolum ipſius dignitatē : ſed & p̄uatoꝝ & plurimoꝝ : & uniuerſæ reip. ſalutē maxime contineri. Quaōbrem pgite ut facitis adoleſcētes : atq; ī id ſtudiū ī quo eſtis : īcūbite : ut & uobis honori : & amicis utilitati : & reip. emolumēto eē poſſitis. Tū Scæuola

Iudicū religiōes : ī foro cauſidicādo. Senatus grauitatē : ī dicēdo ſentētiā. Iudicū autē religiones ideo dixit : qa iurati iudices exercebāt iudicia. Tā liberale : liberalis dicit̄ q rogatus : munificus qui ſpōte beneficiū cōtulit. Quid aūt ? argumentatur a tuto. Quam opē ferre : ſingula ſingulis reddit : ut oſtendat differētiam liberalis : & munifici. Supplicibus : ad id qđ dicit liberale. Excitare afflictos : quantum ad munificum. Dare ſalutem : ſcilicet petentibus : quantum ad liberale. Periculis liberare : etiam non petentes : quantum ad munificam. Retinere in ciuitate homines : ad utrūq; refertur. Tenere arma : ideſt eloquentiam. Sic ipſe ī arte ueteri : Qui uero ita eſt armatus eloquentia. Vel tectus : ī defendendo Prouocare : laceſſendo & accuſando. Age uero : oſtēdit etiam ocioſis eloquētiā utilem eſſe. Forum : cauſidicus. Subſellia : concionator. Curia : ſenator. Subſellia autē ſunt : in quibus triū uiri. Tr. Pl. quæſtores : uidelicet minores mgr̄atus iudicia exercere ſolebant : non ī ſellis currulibus : ſicut conſules : & prætores. Quæuis alia : niſi eloquētiæ. Fera : efferata. Humanū cultū : ad id quod dixit fera. Ciuilem : ad id qđ dixit agreſti. Aut diſperſos homies : Sic in arte ueteri : qui diſpſos in agris homines : & in tectis ſilueſtribus abditos : ratione quadam compulit : & unum in locum cōgregauit. Aut iā conſtitutis ciuitatibus : leges : iudicia : iuraq; deſcribere : Senſus eſt : aut ciuitates conſtituere : aut cōſtitutas ſeruare. Hoc uno : cum in cæteris fere ſimiles ſimus animantibus : in hoc exceſſimus. Senſa : ſenſus ſunt quibus ſentimus : ſenſa uero quæ ſentimus : ſicut auditus & audita. Sunt enim quædam nomina : quæ in numero ſingulari quartæ ſunt declinationis : & maſculini generis : in plurali uero neutra : & declinationis ſecundæ. Ac ne plura : ac ſi diceret : ſi omnia uoluerim eloquentiæ ornamenta : atque adiumenta narrare : longum nimis erit : atque prolixum. Sic enim ſtatuo : breuiter per enumerationem : comprehendit omnia : quæ ſparſim per totam orationem diffudit. Moderatione : trāſlatio ab auriga : qa ut ille eqs : ſic animus hoīum moderat̄ oratore. Vnde recte græci moderatōnē ψυχαγογὰγ appellant. bene autem ſapientiam cōiungit : nā eloquentia ſine ſapientia plærūq; obfuit : nunq̄ autem profuit. ¶ Tum ſcæuola : Scæuola neq; urbes ab initio per oratores conſtitutas : aut conſeruatas : neque eos eſſe in omni genere ſermonis perfectos contra Craſſum diſputat. & in prima quidem parte proponit duo membra : quæ Craſſus de laudibus eloquētiæ dixit : quæ non concedit. In ſecunda parte primum membrum refellit. In tertia ſecundum. Et primum quidem eſt ? oratione eloquentis conſtitutas eſſe ciuitates : atque ſeruatas. Secundum ? oratorem in omni genere dicendi eſſe perfectum. Ac primum quidem membrum : in duas ptes ſcinditur. Prima in qua refellit ſcæuola : ciuitates a diſertis hominibus : & ornate dicentibus eſſe conſtitutas.

Altera in qua reprehendit eaſdem per oratores eſſe ſeruatas. Secũdum uero membrum ſimplex eſt. C. Lelii ſoceri mei: qui & ipſe eloquentiſſimus fuit. Foro: in quo iudiciale genus tractat̃. Concione: in qua demonſtratiuum. Senatu: ubi deliberatiuum. In omni generc ſermonis humanitatis. Quo dicto: omnes artes: & ſtudiorum genera complectuntur. Humanitas autem ẽ eruditio: inſtitutioq; in bonas artes: non autem dexteritas quædã: ut multi exiſtimant. Quis enim? Incipit primi membri primam partem refellere: & uult quod Craſſus eloquentiæ conceſſerat: prudentis uiri conſilio potius attribuendum.

Delinitum: delinire ẽ placare: & delectare. Ipſe ad cæſarem: uoluptatis illecebris delinitus. A ſapientibus: conſilio. A fortibus: uiribus corporis: nam alterum alterius indiget auxilio: ut etiã ait Saluſtius: & ipſe exẽplo ſequenti demonſtrat.

A diſertis: nõ dicit eloquẽtibus. Nam eloquens dicit̃: cuius oratio eſt grauibus ſẽtentiis referta: & ornatis diſtincta uerbis: diſertus uero: qui ornatiſſimis uerbis redũdat. An uero: Exẽplis ĩcipit exornare ſuam argumẽtationem: uidelicet non fuiſſe a diſertis uiris conſeruatas ciuitates. Paſtores aut cõuenas congregaſſe: cum aſylũ apuit: qđ athenis primi inſtituerant Herculis filii: timentes eos: qui a pr̃e iniuriã accæperant ad quoꝝ poſtea ſiĩitudinẽ Romulus & Remus eiuſmodi tẽplũ aperuerũt. Aut ſabinorũ cõnubia coniuuxiſſe. Nota ẽ hiſtoria: quẽadmodum Romulus cum a Finitimis per legatos connubia impetrare non poſſet: a quibuſdã etiã ſupbũ ſatis reſpõſum accæpiſſet: dicentibus ecqđ fœminis quoq; aſylum aperuiſſet: id enim demum cõpar cõnubium fore: iram diſſimulans q̃ magnificentiſſimo potuit apparatu ludos inſtruxit: ut rem claram expectatãq; faceret. Quo cum ex cæteris populis multi conueniſſent: ſabini omnium proximi ferme omnes cõuenere. Ibi cum omnes ludis intenti eſſent: ex cõpoſito dato ſigno: iuuentus Romana paſſim ad uirgines rapiendas diſcurrunt. Hic finis ludorum fuit. Patres uirginũ mœſti rediere. Hac de cauſa a tribus ſimul populis bellum Romanis indictum: ab Antenatibus: Cruſtumeniis: Ceninenſibus: quos Romulus haud difficulter ſubegit. A ſabinis poſtremo bellum ĩdictum: multoque id maximum: quod tamen ipſum euentu fœlici confectum eſt. His rebus apparet inquit Romulum conſilio: & uiribus magis: q̃ eloquentia ciuitatem noſtram inſtituiſſe.

Finitimorum uim repreſſiſſe: hoc ad uires pertinet. Vnde ſupra dixit: a ſapientibus: & fortibus. Vim autem finitimorum repreſſit eo modo: quo diximus. Quid enim Numma Pompilio? Quid in Seruio Tullio? Quid in cæteris regibus? qui omnes (ut inquit Liuius) merito urbis conditores appellari poſſunt. Mente non lingua: ideſt conſilio: non eloquentia: & inſtrumentum poſuit pro re. Nam a mente conſilium: a lingua proficiſcitur eloquentia. Et hoc quoque patet: quo modo Brutus ſtultum ſe finxerit: ut apud regem tutus eſſet: donec ei regnũ extorſit. Quid exactis regibus? ſcilicet fuit in principibus ciuitatis.

comiter (ut ſolebat) Cætera inquit aſſentior Craſſo: ne aut de C. Leſii ſoceri mei: aut de huius generis: aut arte: aut gloria detraham: ſed illa duo Craſſe uereor: ne tibi poſſim concedere. Vnum quod ab oratoribus ciuitates: & ab initio conſtitutas: & ſæpe conſeruatas eſſe dixiſti? Alterum quod remoto foro: concione: iudiciis: ſenatu: ſtatuiſti oratorem in omni genere ſermonis & humanitatis eſſe perfectum. Quis enim tibi hoc conceſſerit: aut initio genus hominum in montibus ac ſiluis diſſipatum: non prudentium conſiliis cõpulſum potius: q̃ diſertorum oratione delinitum: ſe oppidis mœnibuſq; ſepſiſſe? Aut uero reliquas utilitates: aut inſtituendis: aut in conſeruandis ciuitatibus: non a ſapientibus & fortibus uiris: ſed a diſertis: ornateq; dicentibus eſſe conſtitutas? An tibi Romulus ille aut paſtores & conuenas congregaſſe: aut ſabinorum connubia coniũxiſſe: aut finitimorum uim repreſſiſſe eloquentia uidetur: non conſilio & ſapientia ſingulari? Quid enim in Numa Pompilio? Quid in Seruio Tullio? Quid in cæteris regibus: quorum multa ſunt eximia ad conſtituendã rempub. num quod eloquẽtiæ ueſtigiũ apparet? Quid exactis regibus? tã & ſi ipſam exactionẽ mẽte nõ lĩgua pfectã L. Bruti eſſe cernimus: ſed deĩceps oĩa nõne plena cõſilioꝝ: ĩania uerboꝝ uide-

mus? Ego uero (ſi uelim nr̄æ ciuitatis exēplis uti & aliaꝝ) plura proferre poſſim detrimenta publicis rebus: q̃ adiumenta per homines eloquētiſſimos importata. Sed ut reliqua prætermittam: omniū mihi uideor excæptis Craſſe uobis duobus: eloquētiſſimos audiſſe. T. & . C. ſempronios: quorum pater homo prudens & grauis haud q̃q̃ eloquens: & ſæpe alias: & maxime cenſor ſaluti reipu. fuit. Atq; is non accurata quadam orationis copia ſed nuda: atq; uerbo libertinos ī urbanas tribus tranſtulit: qđ ni feciſſet rēpu. (quam nūc uix tenemus) iam diu nullam haberemus. At uero eius filii diſerti: & omnibus uel naturæ uel doctrinæ præſidiis ad dicendū parati: cum ciuitatem uel paterno conſilio: uel auitis armis florentiſſimam accæpiſſent: iſta præclara gubernatrice (ut ais) ciuitatum eloquentia remp. diſſipauerunt. Quid leges ueteres moreſq; maiorum? Quid auſpicia quibus ego & tu cum magna reipu. ſalute præſumus? Quid religiones & cerimoniæ? quid hæc iura ciuilia: q̃ iam pridem in noſtra familia ſine ulla eloquentiæ laude uerſant̄. Num aut ĩuenta ſūt: aut cognita: aut oīo ab oratoꝝ genere tractata? Equidē & Ser. Galbam memoria teneo: diuinū hoīem ĩ dicēdo: & . M. Aemilium Porcinā: & . C. ipſū Carbonē: quē tu adoleſcētulus ꝓpuliſti: ignarū legū: hæſitātē ĩ maioꝝ ĩſtitutis: rudē ĩ iure ciuili. & hæc ætas nr̄a præter te Craſſe: q tuo magis ſtudio: q̃ ꝓprio munere aliquo diſertoꝝ: ius a nobis ciuile

Ego uero: oratorie agit. Poſtq̃ enim refutauit argumenta aduerſarii: ſua confirmat. Dicit enim nō ſolum eloquentes non inſtituiſſe ciuitates: ſed inſtitutas euertiſſe plærūq;. Tiberium: & . Cn. Sempronios: qui Tiberii Gracchi filii fuerunt: hi cum intenderent ferre leges agrarias: quæ reip. pernitioſæ erant: interempti ſunt: Alter a Scipione Naſica: Alter ab. L. Opimio conſule. Libertinos in urbanas tribus tranſtulit: quod etiam multis annis ante. Q. Fabius fecerat: qui ex illo maximus cognominatus eſt. Et hoc idem factum eſt: quia magnum erat reipub. detrimentum: & ſummæ cauſa ſeditionis: ſi libertini per ſe ſuffragia ferrent. Nam libertini ſubornabāt̄ a p̄ncipibus ciuitatis: ut ſuffragia eoꝝ: quocunq; uellēt traherēt: & ita magiſtratus: ac imperia indignis plærūq; demādabant̄. Sed poſtq̃ in tribuſ urbanas trāſlati ſunt: neceſſe erat ut cū aliis nō ſeparatim ſuffragia ferrent. Cenſor: ſcilicet cū Claudio. At uero: Oſtendit per comparationē plus ualuiſſe patrem cōſilio ſine eloquentia: q̃ filios eloquētia: īmo illum plurimū profuiſſe reipub. hos maxime nocuiſſe. Naturæ: ad ingenium. Doctrinæ: ad induſtriam. Vel auitis armis: ideſt armis Scipiōis Aphricani ſupioris: q pater Corneliæ fuit: matris Tiberii: & C. Gracchorū. Gubernatione unius: ironice loquitur Dixerat enim Craſſus: Sic cauſam ſtatuo: perfecti oratoris moderatione. Quid leges? ordo eſt: num autem inuentæ ſunt? zeugma enī ē ab īferiori. ꝑgit aūt refellere ab oratoribus ciuitates eſſe cōſtitutas: atq; ſeruatas An inqt ī eo: ꝙ ad leges: & mores: & auſpicia: & religioneſ ꝑtinet: ciuitates ab oratoribus cōſtitutæ & cōſeruatæ ſūt? Leges: q̃. xii. tabulis cōtinent̄. Primū. n. ī ciuitatē ab Athenis latæ fuerūt: qbus rēp. cōſtituere. Ante eas. n. nullæ erāt apđ romāos ſcp̄tæ leges. Moreſq; maioꝝ: mos cū plus aliq̃to ī ciuitate ījualuerit ꝓ legibus habet̄. Quid auſpicia? qa apđ Ro. nihil publice nec p̄uati gerebat̄: niſi captis auſpiciis. Vnde etiā auſpicia ī nuptiis adhibebant̄: ut apud Lucanum Cōtētiq; auſpice bruto. Quibus ego: & tu Craſſe: nā Scæuola & Craſſus augures fuere. Quid religiones: & cerimoniæ? Nam pontifices docebant quibus diebus: quibuſue hoſtiis ſacrificandū eſſet: in quibus religiones: & cerimoniæ continentur. Equidem: exemplo probat nōnullis oratoribus: & his: qui maxime laudibus eloquentiæ præſtarent: ius ciuile incognitū fuiſſe: quo maxīe ciuitates conſtituuntur atq; ſeruantur. Sergium Galbam: & . M. Aemilium porcinam: & . C. ipſum carbonem. Hi ſuis temporibus clari omnes oratores extiterunt: ut etiam ipſe Cicero in libro de claris oratoribus oſtendit. Quem tu adoleſcentulus pepuliſti: Craſſus adoleſcens. Cn. carbonem ſibi inimiciſſimum accuſauerat: & cum ſcrinium eius complura continens: quibus facile carbo opprimi poſſet: allatum eſſet a ſeruo: ut erat ſignatum cum ſeruo catenato ad eum remiſit: ut animi magnitudinem oſtenderet. In hac accuſatione Craſſus ſuperior euaſit. In iure ciuili: ius ciuile genus eſt: compræhendit enim & leges: & inſtituta maiorum.

Quod pudeat: pro cuius pudeat. Nã hoc uerbũ aliquãdo eſt pſonale. Quod uero: Poſtq̃ primũ membrũ confutauit: uidelicet nõ eſſe ab oratoribus ciuitates conſtitutas: & cõſeruatas: quod in duas ptes diuiſum erat: tranſit ad ſecũdum: uidelicet oratorẽ in omni genere ſermonis eſſe perfectum: & hoc quoq; rep̃hendit. Niſi in tuo regno. i. in tuſculano tuo: & urbane hanc ſermonis Craſſi confutationẽ ſuſcipit: & iocatur ſcæuola. Multiſq; præeſſem. i. me ducẽ p̃ſtarem his: q tecũ cõtendere uellent. Et bene præeſſem dicit: quaſi aduocatus: nã iuriſcõſultus erat. Qui aut interdicto tecũ contenderẽt: iterdictũ uocat formas: & conceptiones uerboꝝ: quibus contendere ſolent inter ſe nõnulli de poſſeſſione: aut q̃ſi poſſeſſione alicuius rei: cum p̃tores: aut aliq̃d fieri pmittũt: aut ꝓhibent. Eſt ergo interdictũ: (ut ſũmati dicã) p̃toria ꝓhibitio de poſſeſſionis pturbatione: quotiens p̃tor ꝓhibet: ne aliqs de poſſeſſione perturbetur. Dicit ergo multis p̃eſſem: qui tecum prohibitione p̃toria agerent: ne eos de poſſeſſione pturbares: ut philoſophi: quia oratoribus uẽdicas: quod eoꝝ ꝓprium ẽ. Aut te ex iure conſertum: ideſt ad cõſerendũ: hoc ẽ cõteſtata lite i ius uocarẽt. Lis dicebat eſſe cõteſtata: cum utriq; partibus exiſtentibus

didiciſti: qd' iterdũ pudeat: iuris ignara ẽ. Quod uero ĩ extrema orõe q̃ſi ꝓ tuo iur̃ ſũpſiſti: oratorẽ ĩ oĩs ſermonis diſputatiõe copioſiſſime uerſari poſſe: id niſi hic ĩ tuo regno eſſemus: nõ tuliſſẽ: multiſq; præeſſẽ: q aut interdicto tecũ cõtẽderẽt: aut te ex iure manu cõſertũ uocarẽt: quod ĩ alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. Agerẽt. n. tecũ lege p̃mũ pythagorei oẽs: atq; democriti cæteriq; ĩ ſuo genere phyſici: uĩdicarentq; ornati ĩ dicẽdo & graues: q̃bus cũ tibi iuſto ſacramẽto cõtẽdere nõ liceret. Vrgerẽt prӕterea phõꝝ greges: iã ab illo fonte & capite Socrate: nihil de bonis rebus ĩ uita: nihil de malis: nihil de aĩ pmotionibus: nihil de hominũ moribus nihil de rõne uitæ didiciſſe: nihil oĩo quæſiſſe: nihil ſcire cõuincerẽt: & cũ uniuerſi ĩ te ĩpetũ feciſſent: tum ſingulæ familiæ litẽ tibi ĩtẽderent. Inſtaret academia quæ

ad prætorẽ dicitur: Eſtote teſtes: hoc modo: Cũ accuſator & reus in iudiciũ ueniſſent: altera pars ſcilicet accuſator: ſummã cauſæ narrabat. Deinde his q adera nt dicebat: Teſtes eſtote: tum utraq; pars ius ſuũ quærebat: Vt exẽpli grã: Eſt q cõquerit ſuã ab aliquo poſſeſſionẽ occupari. hic aduerſariũ in iudiciũ citari facit: & apud prætorẽ: uel iudicẽ contra aduerſariũ intendit hoc modo: Occupaſti poſſeſſionẽ meã: ille depellit: non occupaui. Tũ q petit: qui adſũt teſtes eſſe iubet: quõ ꝓſtratus ſit: poſſeſſionẽ ſuã ab eo (quẽ reũ facit) occupatã. Reus uero eoſdẽ teſtes facit negare ſe poſſeſſionẽ illã occupaſſe. His ita actis: lis dicit conteſtata. Quod in alienas poſſeſſiones: nam cũ cõſtituis oratorẽ in omni genere ſermonis eſſe pfectũ: id ei attribuis: q totũ ſuũ non eſt: ſed aliorum.

Omnes pythagorei: pythagoras ſamius fuit mneſarchi annuloꝝ ſculptoris filius: ſiue (ut Ariſtoxenus ait) Tyrrhenus ex inſula: quã (eiectis Tyrrhenis) Athenienſes poſſederunt. Is dicebat animas de corpore in corpus tranſmigrare. Qui ergo a pythagora deſcenderũt (Nam ille in ea parte Italiæ (quæ magna olim græcia uocabat) philoſophiã docuit) contenderent oratores neſcire: quõmo animæ de corporibus in alia corpora migrarent. Democriti: democritus Athenocriti filius: ſiue damaſippi fuit. Hũc legimus tractaſſe: rerũ omniũ naturã ex atomis conſtare. Senſit etiã infinitos eſſe modos generationi: & corruptioni obnoxios: nihil ex eo (quod nõ ſit) fieri: neq; in id (qd' haud quaq̃ ſit) corrũpi. Ornati hoĩes: quãtũ ad uerba. Graues: quantũ ad ſententias. Quibus cum iuſto ſacramento: conſuetudo erat: ut in iudiciis utraq; pars iuraret ſuã petitionẽ: ut ipſe crederet: eſſe iuſtam: ac uerã: uel negationẽ: accuſationem: uel defenſionem: & tanta apud eos iuriſiurandi obſeruatio fuit: ut (qui iuraſſet) ex eo iudicio nõ ſine magna laude: uel ignominia euadere poſſet. Laude: ſi uiciſſet. Ignominia: ſi uictus fuiſſet. Quod hæc cõſuetudo antiq̃tus fuerit: apud Valeriũ quoq; cognoſci licet: ubi de teſtamẽtis tractat: Afronia (iq̃t) tũ cũ ſorore ſacramẽto cõtẽdere uoluit. Itẽ alibi: L. q̃dẽ Sextilius: & M. Põpilius (quos. P. Aneus ſanguine ſibi cõiũctos ex eadẽ pte (q̃ Tullianũ) Hæredes fecerat) ſacramẽto cũ adoleſcẽtulo cõtẽdere auſi nõ ſũt. Quibus cũ iuſto ſacramẽto neq;. n. iuſte iurares materiã phõꝝ ꝓpriã oratoris eſſe. Iam ab illo fonte & capite Socrate: philoſophi (iq̃t) q̃ a Socrate deſcenderũt) inſtarẽt oratorẽ de uita & moribus hominũ nõ poſſe diſcernere. Ab illo fõte & capite dicit: q̃a Socrates p̃mus fuit: q moralẽ philoſophiã de cœlo in terrã dicit deduxiſſe. Hominũ moribus. i. de rõne uitæ: quãtũ ad moralẽ philoſophiã. Vitæ aũt ratio triplex ẽ: Politica: Monaſtica: & Oeconomica. Singulæ familiæ. i. ſectæ: Nã philoſophiæ moralis

tres ſectæ fuerunt: quæ quidem probarentur: Stoici: Peripatetici: & Academici. Epicurei quoq; de moribus: & uita diſputarunt: ſed bæluarum more. Stoicorum princeps zeno fuit: Peripateticorum autem Plato. Et Stoici quidem nihil præter uirtutem bonum eſſe dicebant: Peripatetici autem uirtutem quidem ſummum bonum affirmant: ſed alia quoq; eſſe: quæ bona & eſſent: & appellari deberent: ut diuitiæ: potentia: nobilitas: bona ualitudo: & huiuſcemodi alia. Cum his etiam eſſe quædam adminicula ad uirtutem comparandam. Rurſus Stoici neminem bonū eſſe dicebant: niſi ſapientē. Sapientem autem interp̄tabāt eum: in quem nulla animi perturbatio caderet. At uero Peripatetici bonū quidem neminem eſſe niſi ſapientem affirmabant. Sed ſapientem eum interp̄tabant ī quem perturbationes animi caderent: ſed uirtute eas coercent. Academici autem nihil confirmabant: ſed (q̄d probabilius uidebatur): id ī ſua diſputatione ſequebātur. Et dicebant omnia: (de quibus diſputarēt homines) uideri magis: q̄ ut ita eſſet affirmari poſſe. Diſputationum ſuarum: atq; interrogationū laqueis: Stoici cōciſis utuntur argumentis: ut exēpli gratia: Probare uolunt diuitias malū eſſe: hoc modo intendunt: Diuitiæ plærūq; nocent: ergo male ſunt: breue hoc: ſed ualidū: ac prope neceſſarium argumentum eſt. Adiumenta: atq; ornamēta dicendi: Cū dicit adiumēta: reſpicit illd̄ Quid autē tam neceſſariū: q̄ tenere arma: quibus uel tectus ipſe eſſe poſſis: uel p̄uocare improbos: uel te ulciſci laceſſitus: Nam arma ſignificat locos: ex quibus argumenta ſumuntur: ſiue rationes noſtras confirmare: ſiue aduerſariorum diſſoluere uolumus. Nouimus autem Ariſtotelem & Theophraſtum: Peripateticos maxima eloquentia uiros: locos non ſolum logicos: ſed etiam rhetoricos: & ſubtiliter compoſuiſſe & tractaſſe. Cum uero dicit: atq; ornamenta dicendi: tangit illud: Aut tam iocundum cognitu & auditu: q̄ ſapientibus ſententiis: grauibus uerbis ornata & p̄polita oratio. Hoc ergo quod ſupra Craſſus dixit: ad ornamenta dicendi pertinet: quæ ex philoſophorum fontibus hauriunt. Nā ſapiēter & grauiter dicere nemo poteſt: qui nō præcæpta philoſophiæ didicerit. Ariſtotelem: Ariſtoteles ſtagyrites: iter omnes Platonis diſcipulos maxime excelluit. Theophraſtum: Theophraſtus autem Creſius fuit: uir ſūmæ prudētiæ: ſtudiiq; ſingularis: ac diuinæ eloquentiæ. Ad eum audiendum pergebant diſcipuli ad duo milia. Fuit autem Platonis diſcipulus: deinde Ariſtotelis. Cum autem ex Ariſtotele præcæptore quæreretur: quem poſt mortem ſucceſſurum relinqueret: reſpondit Theophraſtum. Miſſos facio: eſt occupatio. Mathematicos: ut aſtrologos: Geometras. Quadam propria facultate: uel iuriſconſulti: uel philoſophi: quia ingenio præſtas. In iudiciis: quantum ad iudiciale genus. Concionibus: ad demonſtratiuum. Sētentiis: ad deliberatiuum.

¶ TVM ILLE. Craſſus eam diſputationis partem (qua oratorem dixit: in omni genere ſermonis perfectum) defendit: & ſententiā ſcæuolæ alio modo interpretatur. Carneades: hic Libycus fuit Cyrenæus prīceps iunioris academiæ Chryſippi diſcipulus: æthicæ ſe magis deuouit q̄ phyſici

quicquid dixiſſes: id teipſum negare cogeret. Stoici uero noſtri diſputationum ſuarum: atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Peripatetici autem hæc ipſa (quæ propria oratorum putas eſſe) adiumenta atque ornamenta dicendi: a ſe peti dicerent oportere: ac non ſolum meliora: ſed etiam multo plura Ariſtotelem Theophraſtum de his rebus: q̄ omnes dicendi magiſtros ſcripſiſſe oſtenderent: miſſos facio mathematicos: grāmaticos: muſicos: quorum artibus ueſtra iſta dicendi uis ne minima quidem ſocietate coniungitur. Quāobrē iſta tanta tāq; multa profitenda Craſſe non cenſeo: ſatis id eſt magnum: quod potes præſtare: ut in iudiciis ea cauſa (quancunq; tu dicis) melior & probabilior eſſe uideatur: ut in concionibus & ſententiis dicendis: ad perſuadendum tua plurimum ualeat oratio. Deniq; ut prudentibus diſerte: ſtultis etiam uere uideare dicere. Hoc amplius ſiquid poteris: non id mihi uidebitur orator: ſed craſſus ſua quadam p̄pria non cōmuni oratorum facultate poſſe. ¶ Tum ille: Non ſum (inquit) neſcius Scæuola: iſta inter græcos dici & diſcæptari ſolere. audiui enim ſūmos homines (cum quæſtor ex macedonia ueniſſem athenas: florente academia: ut temporibus illis ferebatur) q̄ eā Carneades &

Clitomachus & Aeſchines obtinebāt. Erat etiā Metrodorus: q cū illis una etiā ipſū illū Carneadē diligentius audierat: hoīem oīum ī dicēdo (ut ferebat) acerrimū & copioſiſſimū. Vigebat auditor Panætii illius tui Mnexarchus: & ꝑipatetici Critolaus & Diodorus. Multi erāt præterea præclari ī philoſophia: & nobiles: a quibus oībus una pene uoce repelli oratorē a gubernaculis ciuitatis: excludi ab oī doctrina rerūq; maioꝝ ſcīa: ac tm̄ in iudicia & cōciūculas: tanq̄ in aliqd̕ priſtinū detrudi & cōpingi uidebā. Sed ego neq; illis aſſētiebar: neq; haꝝ diſputationū īuētori & principi lōge oīum in dicēdo grauiſſimo: & eloquētiſſimo Platoni: cuius tū athenis cū Carneade diligētius legi gorgiā: quo ī libro in hoc maxime admirabar Platonē: ꝙ mihi ī oratoribus irridendis: ipſe eē orator ſūmus uidebat. Verbi. n. controuerſia tādiu torquet hoīes græculos ꝯtētionis cupidiores q̄ ueritatis. Nā ſiqs hūc ſtatuit eē oratorē q tm̄modo ī iure: aut ī iudiciis poſſit: aut apud populū: aut ī ſenatu copioſe loq: tamē huic ipſi multa tribuat & concedat: neceſſe ē. Neq;. n. ſine multa ꝑtractatiōe oīum reꝝ. p. neq; ſine legū moꝝ iuris ſcīa: neq; natura hoīm īcognita

ad eū quoq; audiendū oratores ꝑgebant: ut Laertius ſcribit. Clitomachus: carthaginēſis fuit: patriaq; lingua Haſdrubal appellabat: Athenis autē cōtēdit quadraginta annos natus: audiuitq; Carneadē. ad tātū aūt ꝑitiæ ꝓuectus ē: ut ultra quadragīta uolumina ſcripſerit. Aeſchines: Charini lunicas uēdētis ſiue Lyſaniæ filius Atheniēſis fuit. Erat aūt ī arte oratoria maxime exercitatus: is nūq̄ a Socrate diſcedebat: atq; ideo de illo Socrates dicere ſolebat: ſolus nos honorare nouit Aeſchīes. Fuit aūt a puero miræ idolis: ac laboris patiētiſſimus. Metrodorus: is fuit Atheniēſis pictor: idēq; philoſophus: & ī utraq; ſcīa (ut Plini. ī naturali hiſto. refert) magnæ auctoritatis: ita q; qū. L. Paulus deuicto parſe petiiſſet ab Atheniēſibus uti ſibi q̄probatiſſimū philoſobhū mitterēt ad erudiēdos liberos: metrodoꝝ elegerūt: ꝓfeſſi eundē ī utroq; d̕ſiderio ꝓſtātiſſimū: qd̕ ita paulus quoq; iudicauit. Auditor Panætii: q Scipionis aphricani ꝑcæptor fuit: & quē Cicero imitatus ē in officiis. Critolaus & Diodorus: hi naturā deoꝝ penitus ſuſtulerūt. unde Diodorus αθεοσ ē appellatus. A gubernaculis ciuitatū: qd̕ ꝓpriū philoſophi eē diceret. Vnde Plato dicere ſolebat: Tū demū beatū orbē futuꝝ qū aūt ſapiētes regnare: aut reges ſapere cœpiſſēt. Detrudi: quaſi ex alta ſcīa. In aliqd̕ piſtrinū: amare ſimul & urbane dixit. i. tanq̄ orator ī uile miniſteriū deiiciendus eēt: hoc ē laborem magnū & ignominioſū dignuſ ſuſtinere. Sed neq; ego: Secūda pars ē: ubi oſtēdit cur Scæuolæ nō aſſentiat. Gorgiā: libꝝ Plato cōpoſuit: quē gorgiā inſcripſit: in quo diſputat rhetoricā nō eē artē: ſed idolū: & umbrā artis: adeo ut eā cōparet coqnæ: & iō dicit irridēdis. queādmodū. n. coquus quandā habet condiēdoꝝ experiētiā: ita rhetoricā dicit quādā expiētiā hr̄e dicēdi. Verbi. n. cōtrouerſia. ſ. oratoris. Dicūt. n. iſti græculi: Si diſerte de cauſis loqtur: orator ē: ſi de philoſophia: philoſophus: nec ītelligūt ꝓpriū oratoris eſſe: diſtincte: ornate: & copioſe dicere. Siue ergo qs de cauſis: ſiue de philoſophia: ſiue de alio quocūq; genere tractat: dūmodo id diſtincte: ornate: copioſeq; faciat: orator appellādus ē. Nā ſiqs: ꝓſuppoſito nō tamē cōceſſo: ut ſicut ipſi dicūt: orator is ſit: qui aut in iudicio: aut apud populū: aut ī ſenatu copioſe loqui poſſit: tamē huic ipſi multū tribuant neceſſe eſt. Nō enim ſine uerbis copioſe loqui poterit: uerba autē ſūt rerum: igitur ſine cognitione rerū copioſus eſſe nō poterit. In iure aut in iudiciis: quantum ad iudiciale genus: ſiue de re iudicāda quærat: ſiue de re iudicata. iudicāda quantū ad ius. iudicata quantū ad iudicia. Apd̕ populū: quantū ad demōſtratiuū. In ſenatu: quātū ad deliberatiuū genus. Neq; enim ſine pertractatione: probat neceſſe eſſe ut multa tribuāt oratori. Et hic innuit politicam: aut exiguam æthicæ philoſophiæ partem. Hæc autem ſunt philoſophi propria: igitur ſi copioſus eſſe debet orator: hæc quoq; tenere neceſſe eſt. Legum: lex eſt generale populi ius: aut plæbis rogante magiſtratu. Moꝝ: quod in ciuitatibus fieri ſolet: ut pactum: par: æquum: iudicatum. Ius duplex eſt: diuinum: & humanum. Ius diuinum dicitur religio: & omnis cerimonia. Ius humanum diuiditur in pietatem: gratiam: uindicationem: obſeruantiam: ueritatem: & fidem.

Neq; natura hominum incognita: per quod hominum affectus: uel ad iram: uel ad miſericordiam concitare: & flectere poſſit: quod eſt phyſici proprium. id etiam orator tenere debet: ut cognoſcat cholericum ad iram facile incitari: ſanguineum ad miſericordiā: phlegmaticum ad metū.

Ac moribus:ꝑuatis uniuſcuiuſq;:ꝗa alii ſūt cupidi:alii liberales:alii urbani:alii callidi.Ergo ꝓ ꝗli tate moꝝ eoꝝ:q audiēt:erit oratio adaptāda.Nā ſi cupidus ē:ad parſimoniā ꝓclíuis ē.Si liberal':ad munificētiā.Si callidus:ad dolū.Si urbanus:ad riſū. Callidæ:ad nature rōnem ꝑtinet. Perite:ad moꝝ experiētiā. Illa minima.ſ.legū:moꝝ:iuris:ſciam:& naturā hoīum cognoſcere:ac moreſ:qui bus rebus mouent':τα πα]Ν.Hæc tamē paulopoſt maximā uim habere dicit. Quāobrem:cōclu dit nūc Craſſus:exquo oſtēdit græculos illos cōtētionis cupidiores eē q̄ ueritatiſ:& uerbi tm̄modo cōtrouerſia torqueri. Ornate:ad elegātiā uerboꝝ & ſniaꝝ. Cōpoſite:ad ipſius orōnis cōcinitatē. Copioſe:ad utrūq; ꝑtinet. Sine ea ſcia.ſ.æthica. Phyſicus ille Democritus: q reꝝ naturā ex atomis cōſtare dixit. A ciuilibus cōtrouerſiis remotiſſimis:ut in timæo de deo mūdi: in Mēnone de uirtute:in phædrone đ aīa:ī Cteſihpōte de republica. Aliis:ab oratoris ſtudio. Si Carneades: quem legimus oēm diuinādi tractaſſe ratōnem:duobus libris: quoꝝ ī altero de ſōniis: ī altero de oraculis tractat. Eteni uidemus:uult ꝓbare eloquentiā:nō philoſophi: ſed oratoris ꝓpriā eē:& argumētat' hoc modo:Si elocutio ꝓpͣa philoſophi eſſet:qcūq; ſine elocutione philoſophiā tractaret:hic non eſſet philoſophus appellādus.At cōplures philoſophiā nudis uerbis:& ſine ullo orōnis ornatu tractarūt: hiq; ī numero ſubtiliū philoſophoꝝ habētur:nō ḡ eſt elocutio philoſophi ꝓpͣa:ſed oratoris exiſtimāda. Ieiune: quātū ad ſnīas. Exiliter:ad uerba.

Neq;: immo ſatiſfeciſſe. Ob eā rem: quod ieiune & exiliter diſputarēt. Alienam:a philoſophia. Quid ergo:quādo uidemus quoſdā ieiune & exiliter diſputaſſe:& eos quidē acutiſſimos.Quid intereſt: inter oratorē & philoſophos? Vnū erit: ut ipſe declarat. Vbertatē:ſententiarū. Copiam:uerboꝝ. Varietate:propter tres characteres: ſublimem:mediocrē:& humilē. Habent ꝓpriam cōpoſitam orationē:& ornatā:& artificio:quādam expoſitione diſtinctā: paucis uerbis oſtēdit:quid oratorē habere oporteat? Propriā:ad elegantiā. Compoſitā:ad orationis cōcinnitatē.Propriā:ut pura ſit oratio:ac uſitatis:& ꝓpriis uerbis compoſita.Pura eſt oratio:quæ ab omni uitio remota ſeruatur.Vſitata uerba ſūt:quæ uerſātur in ſermone:& cōſuetudine quotidiana.Propria:quæ eius rei uerba ſunt:aut eē poſſunt:qua de re agitur:& ex his uerbis cōparatur elegantia. Compoſitam:ut oratio ex omni parte ſit æqualiter perpolita ſine hiatu. Artificio:ad id quod dixit ꝓpriam:artificis enim eſt:nequādo plus in materia ꝓgrediatur:q̄ liceat:ergo ſi uoluerit orator ꝓpriam eſſe orationem:raro trāſlationibus utetur. Quod ſi uti uoluerit:id artificioſe faciat. Expolitione:pertinet ad id quod dixit ornatā. Ornatam:ad dignitatem pertinet.Eſt enim dignitas:quæ reddit ornatam orationem: uarietate diſtinguēs.Hæc uerboꝝ:& ſētentiarū exornatione continetur.Qum ergo dicit:ꝓpriā:cōpoſitā:& ornatā:elocutionē cōplectit' uniuerſā:quæ ī elegātiā diuidit:cōpoſitionē & dignitatem. Res:uidelicet

ac moribus:ī his ipſis rebus ſatis callide uerſari: & ꝑite pōt.Qui autē hæc cognouerit:ſine qbus ne illa qdē minima ī cauſis qſq̄ recte tueri pōt:qd huic abeſſe poterit: đ maximaꝝ reꝝ ſcia? Sin oratoris nil uis eē:niſi cōpoſite ornate cōpioſe eloq:quæro idipſū q poſſit aſſequi: ſine ea ſcia:quā ei nō cōcedis?dicēdi.n.uirtus: niſi ei(qui dicet)& ea(de qbus dicet)ꝓcæpta ſint)extare nō poteſt. Quāobrē ſi ornate locutus ē:ſicut & ferūt:& mihi uidetur phyſicus ille democritus? materia illa fuit philoſophiæ:de qua dixit: ornatus uero ipſe uerborū oratorū putādus ē.Et ſi Plato de rebus a ciuilibus controuerſiis remotiſſimis:diuinitus ē locutus:qđ ego cōcedo:ſi idē Ariſtoteles:ſi Theophraſtus:ſi Carneades in rebus his (de qbus diſputauerūt)eloquētes & ī dicēdo ſuaues atq; ornati fuerūt:ſint hæ res de quibus diſputāt:ī aliis quibuſdā ſtudiis:oratio quidē ipſa: ꝓpria ē huius unius rationis:de qua loqmur & quærimus. Eteni uidemus iiſdē de rebus ieiune quoſdā & exiliter:ut eū(quē accutiſſimū ferūt)Cryſippū diſputauiſſe.Neq; ob eā rē philoſophiæ nō ſatiſfeciſſe:qđ nō habuerit ex arte:alienā hāc dicēdi facultatē.Quid ergo ītereſt?aut q diſcernes eoꝝ (quos nominaui)in dicēdo ubertatē & copiā:ab eoꝝ exilitate:q hac dicēdi uarietate & elegātia nō utūtur? Vnū erit ꝑfecto:quod ii(qui bene dicunt)ꝓpriam compoſitam orationem:& ornatam:& artificio quodam & expolitione diſtinctam habēt: hæc autem oratio(ſi res nō

ſententiæ. Percæpta & cognita:bono utitur ordine. Vel:pro etiã optimoꝝ. Nam ſiquis:Nũc euidẽtius exponit qđ ſuperius incœperat:uidelicet ſecundã ſuæ ꝓpoſitionis partẽ.nã ita ꝓpoſue/ rat:ſi dicitis ꝓpriũ oratoris eẽ iudiciales:aut demõſtratiuas:aut deliberatiuas cauſas tractare: phi/ loſophiã moralẽ:& naturalẽ neſcire nõ põt.Sinautẽ ꝓprium oratoris eſſe cõceditis:diſerte ornate & copioſe dicere:nõ uideo cur moralẽ ſaltẽ negare poſſitis? Sentẽtias:demonſtratiuã: deliberati uam:& iudicialẽ.Sentẽtia iudicialis eſt accuſãdi:aut defendẽdi.demõſtratiua:laudãdi:aut uituperã di.deliberatiua:ſuadẽdi aut diſſuadẽdi. Certarũ artiũ: uidelicet quæſtionis ciuilis.

ſubeſt:ab oratore pcæpta & cognita:)aut nulla ſit neceſ- ſe ẽ:aut oĩum irriſione laudaɫ.qđ ẽ enĩ tã furioſũ q̃ uer boꝝ uel optimoꝝ atq; ornatiſſimoꝝ:ſonitus ĩanis nul la ſubiecta ſnĩa nec ſciẽtia?Quicqđ erit igiɫ quacũq; ex arte:quocũ de genere oratoꝝ:ſi id(tanq̃ cliẽtis cauſã)di/ dicerit;dicet melius & ornatius:q̃ ipſe ille eius rei ĩuen/ tor atq; artifex.nã ſiqs erit:q hoc dicat:eẽ quaſdã ora/ toꝝ ꝓprias ſnĩas atq; cauſas:& quaſi certaꝝ artiũ forẽ ſibus cãcellis circũſcriptã ſciam:fatebor eqdẽ ĩ his ma/ gis aſſidue uerſari hãc noſtrã dictionẽ:ſed tñ in iis ipſis rebus multa ſũt:q̃ ipſi magiſtri:q rhetorici uocanɫ:nec tradũt:nec tenent.Quis.n.neſcit maximã uim exiſtere oratoris:ĩ hominũ mẽtibus uel ad irã:uel ad odiũ:aut dolorẽ ĩcitãdis:uel ab hiſce iiſdẽ pmotõnibus ad lenita tẽ:miſericordiãq; reuocãdis?quæ:niſi q naturas homi/ nũ:uĩq; omnẽ humanitatis:cauſaſq; eas(qbus mentes aut ĩcitanɫ:aut reflectũtur)pẽitus pſpexerit;dicẽdo qđ uolet:pficere nõ poterit:atq; totus hic locus phõꝝ ꝓp/ us uideɫ.Neq; orator me auctore unq̃ repugnabit:ſed qũ illis cognitionẽ reꝝ cõceſſerit:qđ ĩ ea ſolũ illi uolue/ rint elaborare:tractationẽ orationis: quæ ſine illa ſcien/ tia nulla eſt:ſibi aſſumet:hoc enĩ ẽ ꝓpũ oratoris: qđ ſæpe iã dixerã:ſcilicet oratio grauis & ornata:& hoĩum ſenſibus/ac mẽtibus accõmodata.Quibus de rebus Ari ſtotelẽ & Theophraſtum ſcripſiſſe fateor:ſed uide ne hoc Scæuola totũ ſit a me. Nã ego(quæ ſũt oratori cũ illis cõia)nõ mutuor ab illis:iſti:q de his rebus diſputãt; oratoꝝ eſſe cõcedũt.Itaq; cæteros libros artis ſuæ noĩe: hos rhetoricos & inſcribũt:& appellãt.Etenim qũ illi ĩ dicẽdo ĩciderint loci:qđ pſæpe euenit:ut de diis ĩmorta libus:de pietate:de cõcordia:de amicitia:de cõi ciuium

Cancellis.i.ſeptis.Cancel lus idẽ ẽ qđ locus quibuſdã finibus circũſcriptus: quos præterire nõ licet. Eſt.n.cã/ cellus locus quibuſdã diffi/ nitis terminis circũſcriptus lignis quibuſdã in modum rhetis inuicẽ cõſertis:ut ipſe Cicero ĩ Quintiana:Ab his cãcellis quibus me circũſcri pſi:declinauero. Maximã uim: ſi hæc ſuperius mĩma appellauit:quõ maximam uim habere dicit? minima ſupius appellauit reſpectu partiũ orationis: quia mo/ uere eſt pars concluſionis. Vel ad irã uel ad odiũ: qũ tria ſint oratoris ꝓpria:do/ cere:ſuadere:mouere.maxi mũ eſt mouere. Niſi qui naturas hominũ:uimq; om nẽ humanitatis:qũ dicit uĩ/ q; omnẽ humanitatis:decla rat id qđ dixit:naturas ho/ minũ.i.omnẽ humanã rati/ onẽ:nec humanitatẽ intelli/ git:ut ſuperius. Cauſaſq; eas:unũ pendet ex alio: nã ſi apud ambitioſos hono/ res laudaueris:apud integrũ innocẽtiã:& continentiã ad miratus fueris:apud magni ficũ fortia facta extuleris:de niq; ſi totã moribus hoĩum orationẽ accõmodaueris: ad lenitatẽ flectes. Si ecõ/ tra: ad odium. A phyſiono mia aũt ipſa:mores hoĩum intelligere poterimus. In/ citãtur:diſſimilitudĩe. Re flectũtur:ſimilitudine. Philoſophoꝝ:uidelicet phyſicoꝝ. Vlla ſcientia.ſ.philoſophia. Grauis: ſentẽtiis. Ornata:uerbis. Sẽſibus ac mẽtibus:ſenſibus ad mores:quia ſẽſus noſtri moꝝ ſimilitu/ dine flectũtur:ſi diſſimilitudine:incitãtur:mentibus:ad naturã. Totum ſit a me.i.mecum faciat:a me ſtet. Hos:in quibus præcæpta dicẽdi continẽtur. Quæ ſunt cõmunia:uidelicet loci dialecti ci:qui ſumũtur a ſimili a pari. De diis:metaphyſicã tetigit:quæ tranſcẽdit rationẽ humanã. De pietate: con.hæc moralia ſũt. De cõcordia:inter ciuitatẽ. Amicitia:inter priuatos. De diis:ad religionẽ:de cõcordia:amicitia ad ius humanũ ptinent. De cõmuni ciuiũ iure:ius cõmune dicit: de æquo & bono:ius æquũ & bonũ eſt:qđ ad ueritatẽ:& utilitatem cõmunem pertinere uidetur.

in iudiciũ uocari nõ ſolẽt:nũ qs eo teſtamẽto qđ pater familias añ fecit:q̃ ei filius natus eẽt: hæreditatẽ petit? Nemo:qa cõſtat agnaſcẽdo rũpi teſtamẽtũ: ergo ĩ hoc gñe iuris iudicia nulla ſũt. licet igitˀ ĩpune oratori oẽm hãc partẽ iuris ĩ cõtrouerſiis ignorare:q̃ pars ſine dubio multo maxima ẽ. In eo aũt iure qđ ambigitˀ:ĩter pitiſſimos: nõ eẽ difficile oratori:eius ptis q̃cũq; defendat:auctorẽ aliquẽ ĩuenire a quo qũ amẽtatas haſtas accæpit: ipſe eas oratoris lacertis uiribuſq; torq̃bit:niſi uero (bona uenia huius optimi uiri dixerim Scæuolæ) tu libellis aut præcæptis ſoceri tui cauſã. M. Curii defẽdiſti: nõne arripuiſti patrociniũ æq̃tatis:& defẽſionẽ teſtamẽtorũ: ac uolũtatis mortuoꝝ? Ac mea q̃dẽ ſnĩa (frequẽs enĩ te audiui atq; affui) multo maiorẽ ptẽ ſnĩaꝝ ſale tuo & lepore:& pollitiſſimis facetiis pellexiſti:qũ & illđ nimiũ acumẽ illuderes:& admirarere ĩgeniũ Scæuolæ: ꝙ excogitaſſet:naſci ꝓus oportere:q̃ emori:qũq; multa colligeres & ex legibus:& ex ſenatuſconſultis: & ex uita ac ſermone cõi nõ modo acute:ſed ẽt ridicule ac facete: ubi ſi uerba nõ rẽ ſeq̃rentˀ:cõfici nihil poſſet. Itaq; hilaritatis plenũ iudiciũ: ac lætitiæ fuit: ĩ quo q̃d tibi iuris ciuilis

In iudicium:nã qum ipſarũ cauſarũ omnibus notũ eſſe poſſit ius:nec ꝑpterea quiſq̃ dubitare poſſit:quid de cauſis iudicari debeat:neceſſariũ omnino nõ eſt:ut in iudiciũ ueniat. Nunq̃d: Cauſa ẽ de poſthumo:quã Craſſus ſuperius tetigit. Dixit enim de patre:qui teſtamẽtũ cõdidit:neſciẽs uxorem ſuã aluũ geſtare:ſcripſit hæredẽ externũ quendã:nec ullã poſthumi mentionẽ fecit. Poſtea natus ẽ ei filius:etiã ſi aliũ ſcripſiſſet hæredẽ teſtamẽto. Quis igitur neſciret eũ ſcripto hæredi in agnatione anteferri debere? Ergo hæc cauſa nõ debet in iudiciũ ferri:qa bene cognoſcitur. Agnaſcendo: nomĩa quæ incipiũt ab n. plærũq; aſſumũt.g. ut natus:gnatus:agnaſcẽdo.i. patre naſcẽdo. Ergo ĩ hoc genere: quod naturali quadã ratione omnibus patet: qa iudicia nulla exercẽtur. Ergo hãc partẽ iuris:de q̃ nemo dubitare poſſit: oratores poſſũt impune ignorare. Quæ pars.ſ. iuris q̃d ipſum ꝑ ſe patet. In eo autẽ: ſed nõ negauerim:aliquid ĩ iure eſſe:qđ ſcire neceſſe eſt oratori. Sed ſi nõ iuriſperitus erit orator. Nũ ne facile erit a iurconſulto id accipere? & qũ ab eo quaſi famulo accæpit: melius ſciet tractare:q̃ ipſe iuriſcõſultus. In eo.i. in ea parte iuris:in q̃ diſceptationeſ eẽ ſolent iter peritiſſimos uiros. Amentatas:amentũ lorũ eſt: quo media haſta religatˀ:& iacitˀ. Et dictũ eſt ꝑ ſimilitudinem oratorẽ accipe haſtas amentatas.i. munitas cauſas. Nã ſicut amentatũ telũ munitũ dicimus:ita amentatas cauſas munitas iuris ciuilis ſciẽtia. Virgilius:Intendũt acres arcus:amẽtaq; torquent Spicula. Et latenter uidetur dicere melius eſſe cauſã ab oratore agi:q̃ a iurconſulto inſtrui:queadmodũ laudabilius ẽ:telũ a milite torqueri:q̃ ipſum ab artifice inſtrui. Torquebit:ui orationis ſuæ tractabit. Lacertis.i. uiribus. Niſi uero:& ut habeát argumẽta ſua maiorẽ uim:ſemp ipſius Craſſi utitur exẽplis. Bona uenia.i. pace tua dixerim. Defendiſti:qđ ꝑfecto minime feciſti. Soceri tui.ſ. ipſius Scæuolæ. Patrociniũ æquitatis: ut oſtẽderes æquitatẽ:ut ſiquis uẽdiderit uitiatũ mãcipiũ ſciens:niſi dixerit: præſtare debeat. Aequtatis:quæ eſt ſingularis iuſticiæ:nequis plus habeat cõmodi q̃ incõmodi. Frequens enim:ꝑ parentheſim legitˀ. Affui.ſ. tibi cauſam agẽti. Mea:Et ut arbitror Craſſe:tu potius relictis argumẽtis:ſalibus utebaris:quo cõmoueres:& aduerſariũ cõfunderes. Pellexiſti.i. blãdas ſubdolaſq; dediſti. Sale:urbanitate tua:ſignãt autẽ ſcomata:quæ prima fronte iocũda ſunt:exitu uero ipſo plurimum amaritudinis habẽt:ſicut ſalis eſt natura. Lepore:in uerbis. Facetiis:in dictis urbanioribus. Ingenium:Ironice craſſus iocabatur in Scæuolam:qum ſe illius diceret admirari ingenium: qui hæc excogitare:& inuenire potuiſſet. Naſci prius:Ille argnmentabatnr:quia teſtamẽto ſcriptum erat ſiquis natus fuerit:& ab inteſtato mortuus. M. Curius ſecundus mihi hæres eſto. Natus nemo:ergo nec mortuus: igitur hæres eſſe non debet:quia multas leges:& multa ſenatuſconſulta colligebat: in quibus oſtendebat:ſi uerba ipſa ſequi uellemus:& non ſententias nihil cõfici poſſe. ut uerbi gratia:Lex eſt:Vim ui pellere licet. pro uerbis ipſius legis:Si pater inſurgat in filium: filius in patrem manus inferre poteſt:quod nefas eſſet dicere:quia hæc non fuit conditoris legis ſententia. Rurſus lex eſt:Per alienum nemo tranſito. Sed ſi uerba ſequi uellemus:qum domo egreſſus fueris:pedem mouere non poteris. Itaq;:ergo his tuis facetiis iudicum animos hilaritate & lætitia compleſti.

Hilaritatis ac lætitiæ:hoc animi:illud uultus:& oris lætitia ab altitudine animi dicitur:unde per æ diphthongũ ſcribitur.

Feſtiuitate:ſuauitate uerboꝝ. Venuſtate:iocunditate rerū. Vnū eſt delectationis:ut ſuauitas: Alterū uero etiā utilitatis. Ipſe ille: Nō modo tu Craſſe quicq̄ de iure ciuili ſumpſiſti: ſed nec Mutius. Paterni iuris:qđ a patre didicerat iuris peritiſſimo. Et quaſi ꝓpugnator patrimonii:quia iuris ciuilis ſciētia familiæ Scæuolaꝝ peculiaris fuit. Defendere ſcriptū:nihil aliud ē:niſi ſcriptū ſeruare:nec ab eo uſqꝫ quaqꝫ diſcedere ne punctū quidē. Apud magiſtros:quia nō ē iuriſcōſulti: ſed magiſtroꝝ docere pueros:& eos declamationibus exercere. In hoc genere:Legitima conſtitutio

exercitatio ꝓfuerit nō ītelligo:dicēdi uis egregia: ſūma feſtiuitate: ac uenuſtate cōiūcta ꝓfuit. Ipſe ille Mutius paterni iuris defēſor: & q̄ſi patrimonii ꝓpugnator ſui:qd in illa cauſa:cū cōtra te diceret:attulit: quod de iure ciuili deprōptū uideret᷑? Quā legē recitauit? qd patefecit dicendo:qđ fuiſſet imperitis occultius? nēpe oīs eius oratio uerſata ē in eo: ut ſcriptū plurimum ualere oportere defēderet. At ī hoc gn̄e pueri apud magiſtros exercent᷑ omnes:cū ī eiuſmodi cauſis alias ſcriptū:alias æqtatē defēdere docent᷑:& credo ī illa militis cauſa:ſi tu aut hæredē:aut militē defēdiſſes:ad hoſtilianas te actiones:nō ad tuā uim:& oratoriā facultatē cōtuliſſes. Tu uero:uel ſi teſtamētū defēderes:ſic ageres: ut oē oīum teſtamētoꝝ ius in eo iudicio poſitū uideret᷑:uel ſi cauſā ageres militis:patrē eius ut ſoles:dicēdo a mortuis excitaſſes:ſtatuiſſes ante oculos: cōplexus eēt filiū:flenſqꝫ eū cētūuiris cōmēdaſſet:lapides mehercule oēs flere: ac lamētari coegiſſet:ut totum illud uti līgua nūcupaſſet non ī.xii.tabulis:quas tu oībus bibliothecis anteponis ſed ī magiſtri carmīe ſcriptū uideret᷑. Nā ꝙ īertiā accuſas adoleſcētiū:q iſtā artē:ꝑmū facillimā:nō ediſcāt: q̄ q̄ ſit facilis illi uiderīt:q eius artis arrogātia:q̄ſi difficillima ſit:ita ſubnixi ābulāt. Deīde etiā tu ipſe uideris:q̄

cōſtat ex ſcripto:ſentētia cōtrariis legibus:ambiguo diffinitione:trāſlatione: & rōcinatione. Magiſtros:rhetores:ſiue ſophiſtas:ubi per declamationes docētur diſcipuli. Aequitatē.i.ſentētiam ſcripti. Et credo: De alia cauſa dicit:quā ꝓpoſuerat:qum oſtēderet iuſ ciuile oratori neceſſariū eē.de milite illo:quem pater mortuum credēſ prætermiſerat teſtamēto: qui qū paulopoſt rediiſſet cōtēdebat:nō ideo hæreditate priuatū eē debere:& quodāmodo ꝑ ironiā legit᷑. Hoſtilianas.i.ad leges hoſtilii:de actiōibus cārū. Nā Hoſtilius:ſicut ī iure ciuili legimus:legiſlator inſignis fuit ac nobilis. Vim ſ.dicēdi:quæ magiſ īgenii q̄ iuris ciuilis ē. Tu uero: Si hæreditatem eius q ſcptis eēt teſtamēto hæres:defenderes:ſic ageres:Nam multa multoꝝ teſtamenta colligeres: qbus ꝑ ſimilitudīem utereris ad cōfirmāda argumēta tua. Militis: Diceres nō oportere:qa ꝑtermiſſus fuerit ignorātia:patris īprudētiā militi nocere. Patrē eius:pater oratione tua ītroductus eēt in ea cauſa:& mortuū ipſū feciſſes:quaſi pn̄tem in patris hærere cōplexibus:& lachrymātē eū:& crudelia fata cōquerentē:adeo ut & cōmēdatiōe filii:& fortunæ ſuæ lamētationes:ipſa etiā ſaxa ī lachrymas cōcitare potuiſſes. Nihil hoꝝ ī iure ciuili cōtinetur ſed ab oratore ueniūt. Statuiſſes.i.eū mortuū:q̄ſi pn̄tem ītroduxiſſes. Cōmendaſſet:ut obſecro uos ꝓ æqtate ueſtra:nolite filiū meū hæreditate ꝑuari:qđ ego nō uolūtate:ſed falſo mortis eius nūcio ꝑtermiſi. Vt totū illud:a ſupiori littera pēdet. Totū illud.ſ.mouere auditoꝝ aīos:dū patrē q̄ſi a mortuis excitas. Vti lingua nūcupaſſet:uidelicet uel græca:uel latina.i.quōcūqꝫ lingua cōtigiſſet:nūcupare ſiue cōmiſeratione:uel græce pathos.i.affectionē:uel cōqueſtionē:& iccirco loq facit Antoniū hoc modo ut oſtēdat illū rhetoricæ artis quaſi imperitū. Nō in duodecim tabulis:qa in his legibus hoc nō agit᷑. Dicis enim in duodecim tabulis omnē philoſophiā contineri. Oībus bibliothecis: Quia ſicut ſupius diſputauit:duodecim tabulas oībus bibliothecis an̄ponebat. In magiſtri cauſa.i.præcæpto rhetoris:ſiue ſophiſtæ. Carmine:Nota qū dicat carmine alludit ad leges qa ſicut dicit᷑:Lex eſt huius carminis:ac ſi diceret:nō in iuriſcōſulti lege:ſed ī rhetoris ꝑcæptis contineri:ſicut etiā apud Liuiū:Lex ē horrēdi carminis. Nam ꝙ inertiam: Nūc ad aliam particulā tranſit:in qua reprehendebat adoleſcētes ſuæ ætatis Craſſus:ꝙ nō diſcerent ius ciuile. Primū:quia facilis eēt iuris ciuilis ſcīa:& utilis. Deinde ꝙ plena eēt delectationis. Dicebat enim ius ciuile etiā ſi difficillimū eēt:tamē eē perdiſcendū:ꝓpter magnā eius utilitatē. Facillimā: quæ ꝑma ratio ē. Subnixi:ideſt ſurſum nixi & ſublimes:qui mos eſt eorum:qui ſeipſos magnifaciunt. Sub enim ſurſum nonnunq̄ ſignat.ut apud Virgilium: Et corpora ſaltu ſubiiciunt in equos: ideſt ſurſum iaciunt.

Eam artẽ.i.ſciam iuris ciuilis. Si inquit fuerit aliquis iuriſcõſultus:aut orator q didicerit aliquam
artẽ.i.philoſophiá:tũc artẽ efficere poterit. Propriũ enim eſt philoſophiæ:in ſuo quæqꝫ loco dige-
rere:& artẽ hoc modo efficere:ut ſupra diſputauit. Deinde:Poſtq̃ refutauit illá rationẽ:difficilem
nõ eẽ iuris ciuilis ſciẽtiam:nũc ad alterá rationẽ tráſit: qđ uidelicet delectare poſſit. In qua:Sed ha
beas tibi inqt o Craſſe iſtá uoluptatẽ. Patiũtur:quia facile tibi cõcedet. Tu dicis plurimũ delectati
onis eẽ in iure ciuili:ſed oẽs ecõtrario dicũt eas eẽ incultas:& ſordidas : & malũt aliquá fabulá:q̃ le-
ges illas diſcere. Teucrũ
pacuuii:nomẽ fabulæ : ac ſi
diceret : q nõ malit ediſce-
re fabulá teucri:quá de teu-
cri calamitate Pacuuius ſcri
pſit.fabula talis ẽ: Qum Te
lamon teucrũ & Aiacẽ fra-
tres unũ legitimũ : & alterũ
nothũ ex hæſione ad bellũ
Troianũ mitteret : Teucro
mãdauit:ne ſine fratre redi-
ret. Hic paterni ĩterdicti me
mor patriá dimiſit:& in cy-
pꝝ uenit:ubi urbẽ condidit
Salaminá de nomie patriæ
ſic appellatá :& ĩ ea reliquũ
uitæ ſuæ tp̃s p̄egit. Mami
lianas leges.i.leges a Mami
lio cõpoſitas:quæ de rebus
uenalibus tractát. Venali-
um:de rebus uenalibus : qa
aliud alio modo uẽditur:ut
ſupra dictũ ẽ. Siquis uẽdat
equũ:aut domũ : neqꝫ uitiũ
dixerat p̄ſtare teneret᷑. Sed
nõ eodẽ mõ:ſi agri uẽderẽ-
tur:aut fruges. Quas leges
ſcrp̄ſit Mamilius:Siqd uitii
inerit:uẽditor p̄ſtare debet.

eã artẽ facilẽ eẽ dicis:quã cõcedis adhuc artẽ: oĩno nõ eẽ
ſed aliquãdo:ſiqs aliã artẽ didicerit : ut hãc artẽ efficere
poſſit:tũ eẽ illã artẽ futurã. Deĩde ꝙ ſit plena delectati
onis:ĩ qua tibi remittũt oẽs iſtã uoluptatẽ : & ea ſe care
re ꝓpatiunt᷑:nec qſq̃ ẽ eoꝝ:q ſi iã ſit ediſcendũ ſibi aliqd
nõ Teucrũ Pacuuii malit : q̃ mamilianas uenaliũ uẽdẽ
doꝝ leges ediſcere. Tu autẽ ꝙ amore patriæ cenſes : nos
nr̃m maioꝝ ĩuẽta noſſe debere : non uides ueteres leges
aut ipſa ſua uetuſtate cõſenuiſſe:aut nouis legibus eſſe
ſublatas:ꝙ uero uiros bonos iure ciuili fieri putas:qa le
gibus & præmia ꝓpoſita ſint uirtutibus & ſupplicia ui
tiis:eqdẽ putabã uirtutẽ hoĩbus:ſi modo tradi ratione
poſſit:ĩſtituẽdo & p̄ſuadendo:non minis & ui:ac metu
tradi. Nã ipſũ qdẽ illud etiã ſine cognitione iuris : q̃ ſit
bellũ:cauere malũ:ſcire poſſumus. De me aũt ipſo cui
uni tu cõcedis:ut ſine ulla iuris ſciẽtia : tñ cauſis ſatiſfa
cere poſſĩ:tibi hoc Craſſe rñdeo:neqꝫ me unq̃ ius ciuile
didiciſſe:neqꝫ tñ ĩ his cauſis:q̃s ĩ iure poſſim defẽdere:
unq̃ iſtã ſciẽtiã deſideraſſe. aliud ẽ.n.eẽ artificẽ cuiuſdã
gñis:atqꝫ artis:aliđ ĩ cõi uita uulgari hoĩum ꝯſuetudĩe

Tu aũt ꝙ amore patriæ:
Ad aliá particulá tráſit:ĩ q̃ dixerat Craſſus:nos ediſcere debere ius ciuile:maxime hac rõne:ut mo-
numẽta maioꝝ noſtroꝝ noſceremus:quá Antonius refutat dicẽs:Nõ ea rõne eẽ diſcendũ ius ciuile
qa etiá ſi amamus patriá:nõ tamẽ ius ciuile qcq̃ patriæ ꝓdeſſe põt:ꝙ legũ illarũ plæræqꝫ:uel uetu-
ſtate cõſenuerũt:& antiquatæ ſũt:uel etiá ſublatæ. Nouis legibus:qa lex poſterior ſemp derogat
p̄ori uel abrogat. Ná derogare ẽ aliqd de ea detrahere:Abrogare uero eá penitus tollere. Conſe-
nuiſſe:obſoleuiſſe:antiquatas eẽ. Quod uero uiros bonos:Pergit ſicut ĩſtituerat Antonius rñde-
re Craſſo:ad oĩa:q̃ ille de iure ciuili ꝓpoſuerat:tanq̃ neceſſaria eẽ oratori. Legibus : ná legibus p̄-
mia bonis:ſupplicia malis ſtatuta ſũt. Equidẽ putabá:Rñdeo tibi:tu aliter lõge ſentis q̃ ego.nam
exiſtimabá eá poſſe p̄cæptis.ſ.iſtituẽdo:& rõnibus.i.p̄ſuadẽdo eá pcipi:tu aũt uis eá minis:ui ac me
tu tradi. Hoc iõ dicit:qa nõnulli uolũt ĩgenio potius inſitá:q̃ rõne cõparatá. Putabá:q̃ſi cũ irriſio
ne dixit. Inſtituẽdo:p̄cæptis. Perſuadẽdo:rõnibus. Nõ minis:nõ ptinet ad id qđ ſupra dixerat
ſupplicia uitiis eẽ parata. Ná ipſũ quidẽ:qa nemo ẽ adeo rõnis expers:q nõ ĩtelligat:q̃ bonũ ſit ui
tare malũ:& ſequi uirtutes. Illud:qđ ad ius ciuile ptineret. Bellũ:elegans:prudẽs:ut uult Noni-
us Marcellus. Sed hoc loco melius cõuenit bellũ.i.prudẽs. De me aũt ipſo cui uni:qa dixiſti excæ
pto te uno. Tamẽ cauſis ſatiſfacere poſſim:nõ inficior ĩqt Antonius:me cauſaſ grauiſſimas ægiſſe
& tamẽ nunq̃ ius ciuile deſideraſſe:qa dixiſti excæpto uno. Quas in iure:quæ ad ius ptinẽt:q̃ cõ-
tra ius minime tuerent᷑:& q̃ cõtra ius ſuſcæpiſſem:& ſubdit rationẽ. Neqꝫ tamẽ:qa natura ipſa mi
hi offerebat:qđ iuſtũ eẽt. Iſtá ſciam:iuris ciuilis. Aliud ẽ enim:aliud ẽ inquit alicuius artis tenere
ſcientiá:& aliud ẽ ſcire ea:quæ in cõmuni uita:& cõmuni hominũ cõſuetudine cõtineant᷑. Cuiuſ-
dá generis:qa p̄mo quidẽ genus rei ſcire debemus:deinde artẽ:ut uerbi gratia:Philoſophia:æthicẽ
i.moralẽ diuiſa ẽ. Sed moralis diuidit᷑ ĩ logicen.i.ſermocinalẽ. Sermocinalis diuidit᷑ in grãmaticam
rhetoricá:& dialecticam. Et hæ tres artes ſunt:quæ continẽtur ſub logica. Eſſe artificem: uidelicet
diſcere genus:ut logicen. Deinde artẽ:ut grãmaticæ:rhetoricæ:dialecticæ:ná hæ ſermociales ſũt.

Hebetē:tardū ingenio. Rudē:ignarū:ꝓpter rerū imperitiā. Cui noſtrū:Et ꝑ ſimilitudinē ꝓbat illud oſtēdēs:quō etiā ea q̄ ad æq̄tatē ptinēt ſcire poſſumus:etiā ſine iure ciuili: quēadmodū inquit aliq̄s:nō eēt adeo mētecaptus:ut nō poſſet ꝑcipe:quo tpe arandū eēt:& putādæ uites:ſi non etiā uidiſſet magonis libros q de agricultura ſcripſit:ita etiā ſine iure ciuili cauſas agere poterit orator. Obire:adire:ut Ennius:ob Romā ducere cœpit legiones.i.ad Romā. Fructus:utilitatis. Sementis:Hæc ſemētis:huius ſemētis:ſignāt ſationē. Vir. Et lōgos ſemētē extēdit in annos. Sine ocl'is: ad ea quæ uident̄ magis. Sine mēte:ſine rōne. Quid arboꝝ putatio? quo tpe arbores putādæ ſunt.i. falce purgādæ:ut ſuos fructus emittere poſſint. Putatio uitiū cū uiteſ mūdant̄ & purgant̄ Quō:q̄a oēs ſciūt qū uites & arbores putant̄:falce purgari:& arboꝝ putatio ac uitiū uocat̄. Nun igit̄? ꝑ ſimilitudinē oñdit. Aut res ruſticas:Hic duas cauſas colēdi agri ꝑ trāſitū tetigit:uł ut fructū ꝑcipiamus: uel delectationē. Tñ:q̄uis iocūditatis:aut fructus cā agros reuiſimus. Procuratori:procurator ē:cui agri colēdi cura oīs icūbit:q̄ſi uicarius domini. Villicus:q tm̄modo uillæ:& rebus dñi præeſt. Magonis: q de agricultura copioſiſſime ſcripſit. Cur ergo? Nūc cōfert ſimilitudinem dicēs:Si hoc ē i aliis rebus:cur nō etiā pōt hoc fieri i iure ciuili? Profecto pōt fieri:& præſertim his q quotidie i foro uerſant̄. Idē:ꝓ idē:idē.i.ꝓ ſimiliter poſuit.ē.n.nomē ꝓ aduerbio poſitū. Cōteramur.i.aſſidue uerſemur.& ē trāſlatio ſūpta a ueſte cōtrita.i.quotidiano uſu lacerata. Dūtaxat.i.ſolūmodo:ſubaudi poſſimus īſtructi eē a ſupiori. Peregrini atq; aduenæ:alienigenæ & externi:hoc ē ut mores hominū:& uitæ cōſuetudines teneamus:q̄bus cauſas noſtras agere poſſimus. Ac ſi iā:Si etiā inq̄t cauſa aliq̄ obſcurior iciderit:quā orator ſine iuris ciuiliſ noticia agere nō poſſit:facile erit cōſulere uł hūc Scæuolā:nel aliū quēpiā iuriſcōſultū:ut ꝓpterea dicēdū nō ſit oratori eē ius ciuile neceſſariū:& ironice loq̄t̄. Quāq̄:q̄q̄ inq̄t nihil ē tā difficile:ꝙ cliētes ipſos defēdere cōſueuimus. Nā qū ꝑmo clientes deferūt cauſā ſuā ad iuriſcōſultos:deinde ad oratores:nō ē opus:ut orator iuris ciuił ſciam teneat. Obſcurior:difficilior. Cum hoc:demōſtratiue dixit. Exq̄ſita:diligēter explorata. Cōſulta de q̄bus antea cōſuluerūt iuriſcōſultos. An uero? Nūc dicit oratorē facile ꝑdiſcere poſſe:q̄ in iure ciuili cōtinent̄:ꝓpterea ꝙ etiā diſcūt q̄ difficillima ſūt. Et ita itēdit argumētū Antonius:hoc modo: Si res difficiles orator ꝑdiſcit:res faciles młto melius diſcet. Si res difficiles diſcit:nū ne res faciles diſcet orator? Si de finibus:declarat ut oñdat qđ ꝓpoſuerat:uidelicet ſi đ finibus cōtrouerſia fuerit Nā cōtrouerſia eē ſolet:qū duo uicini de aliq̄ re īter ſe cōtēdūt:ut qū đ duobus ꝑdiis cōtēdūt. Difficile ē:n.itelligere fines alicuius regiōis:niſi ꝑus i eā uenerimus:& tñ eā cōplectimur. Quotiēs đ finibus agit̄ totius regiōis ſitū mēte cōplectimur:tāetſi i locū pñtē nō uenerimus. In rē pñtē: uidelicet i regionē. Si de tabuł & ꝑſcꝑtionibus.i.de ꝑſcriptiōibus tabulaꝝ:i q̄bus totius rei ſūma cōtinet̄. Præſcriptiōibus.i.rubrica i q̄ totius rei ſūma cōtinet̄. Preſcꝑtiōes aūt quoſdā q̄ſi titulos dicit:q̄bus totius rei ſūma cōprehēdi uidet̄. Vel certe ꝑſcriptiōes dicit tpꝝ:q̄ fiūt triēnio īter pñtes i rebus mobilibus:decēnio i rebus īmobilibus:uigēnio īter abſtes i rebus itē īmobilibus:ut i li. īſtitutoꝝ capite de uſucapiōe.& ordo ē:an ueremur nē ide q̄amus cog̊ſcē ea:q̄a minus ſtuduimus iuri ciuili:ſi leges nobis:aut hoim pitoꝝ rñſa cog̊ſcēda ſūt:qū neſcio ꝑdiſciuius res cōtortas.i.ꝑplexas: ꝑturbatas ſibi iuicē mīme cohærētes.ē aūt itētio argumti:Si res difficiles ꝑdiſcimus:faciles nō diſcemus. Cōtortas res.i.ꝑplexas & ꝑturbatas:& ſibiipi mīme cohærētes.& cōtortū dr̄:qū id qđ ſeq̄t̄:cū ſupiore nō cōuenit. Difficilē:nā q ułt cām ſuā de finibus cōmittere ꝑrono:neceſſe ē ut locū deſcribat & dicat uicini mei ꝑdia dextera iacēt:ſiniſtra āt mea:& deide ſulcus i medio ē:q ꝑdiū meū ab illius didit

nec hebetē nec rudē:cūi nr̄m nō licet fundos nr̄os obire aut res ruſticas:uel fructus cauſa: uel delectationis iuiſere? Tamen nemo tā ſine oculis:tā ſine mēte uiuit: ut q̄d ſit ſemētis ac meſſis:q̄d arboꝝ putatio ac uitiū:quo tpe āni: aut quomodo fiāt:ea omīno neſciat. Num igitur ſicui fūdus inſpiciēdus:aut ſi mādandū aliq̄d ꝓcuratori de agricultura: aut īperādum uillico ſit. Magōis carthaginēſis ſint libri ꝑdiſcēdi: an hac cōmumi intelligētia cōtēti eē poſſumus? Cur ergo nō idem i iure ciuili præſerti qū i cauſis:& i negociis & i foro:cōteramur:ſatis īſtructi eē poſſimus:ad hoc dūtaxat:ne in nr̄a patria ꝑegrini:atq; aduenæ eē uideamur? Ac ſi iā ſit cauſa aliq̄ ad nos delata obſcurior:difficile credo ſit:cum hoc Scæuola coīcare:q̄q̄ ipſi oīa:quoꝝ negociū eſt:conſulta ad nos:& exq̄ſita deferūt:an uero ſi đ re ipſa:ſi de finibus cū i rē præſētem nō iuenimus:ſi de tabulis: & præſcriptionibus: cōtrouerſia eſt:contortas res:& ſæpe difficilē

neceſſario pdiſcimus : ſi leges uobis:aut ſi hoīum pito
rū reſpōſa cognoſcēda ſūt:ueremur :ne ea ſi ab adoleſē
tia iuri ciuili minus ſtuduerimus : nō q̄amus cognoſce
re? Nihil ne igit̄ ꝓdeſt oratori iuris ciuilis ſciētia ? nō po
ſū negare: ꝓdeſſe ullā ſciētiā:ei præſertī:cuius eloquen
tia copia reꝶ debeat eē ornata .Sed multa & magna : &
difficilia ſūt ea:q̄ ſūt oratori neceſſaria :at eius īduſtriā
in plura ſtudia diſtrahere nolī . Quis neget opus eē ora
tori ī hoc oratorio motu :ſtatuq; Roſcii geſtu & uenu-
ſtate? Tamē nemo ſuaſerit ſtudioſis diſcēdi aduleſcēti-
bus ī geſtu diſcēdo hiſtrionū more elabere. qd eſt orato
ri tā neceſſariū:q̄ uox? Tamē me auctore : nemo dicēdi
ſtudioſus græcoꝶ more:& tragœdoꝶ uoci ſeruiet. Qui
& ānos q̄pluris ſedēdo declamitāt:& quottidie :ātea q̄
ꝓnūciēt:uocē cubātes ſēſim excitāt:eādemq; cū egerūt
ſedentes ab acutiſſimo ſono uſq; ad grauiſſimū ſonū ī
cipiūt:& q̄ſi quodāmō colligūt : hoc nos ſi facere uolu
mus:āte cōdēnabūtur ii:quoꝶ cās recipiemus: q̄ totiēs
quotiēs:pſcribitur peanē aut munionē citarimus : ꝙ ſi
ī geſtu:qui multū oratorem adiuuat:& in uoce q̄ una:
maxīe eloquentiā uel cōmendat uel ſuſtinet: elaborare
nobis nō licet:at tm̄ ī utroq; aſſeq poſſumus q̄tū ī hac

Si leges:Senſus ē:Quādo inquit hæc pturbata diſcimus:dubitamus ne ea diſcere:quæ ī iure ciui-
li cōtinētur? quæ ſūt faciliora:& ē zeugma ab īferiori. Si res difficiles diſcimus:res faciles nun diſce
mus? Peritoꝶ:quia ea etiā ꝓ legibus ualēt:ut reſpōſa prudentū:cōſulta ſenatus:iudicata ſapiētū:
ꝓ legibus habētur. Nō queamus.q.d.nō eſt uerū. Nihil ne igit̄:Hoc loco obiicit ſimul:& obie-
ctū purgat:qa aliquis dicere poſſet:o Antoni:nū ne oratori iuris ciuilis ſciētia ꝓdeſt? Reſpōdet:fa-
teor quidē multa oratori neceſſaria eē:ſed nolim ipſum ī diuerſa diſtrahi. Ei:oratori. At ego no
lim : ut neceſſe ſit omnibus
rebus ſtudium intendere.
Quis neget? Probat illd̄ nō
ſi multa neceſſaria ſint ora-
tori. Statuq;:qa nō mouē
di ſolū:ſed etiā ſtandi ratio
oratori habēda eſt. Quis?
ꝙ ita ſit:nō eē diſtrahendū
in plura ſtudia. Plura ſtu-
dia:ut quæcūq; ſibi proſint
ea ſūmo ſtudio percipiat.
Induſtriā:laborem ſtudii.
Tamē : quāuis hæc uideant̄
utilia oratori:tamen nemo
hoc dixerit:oportere orato
rē ita elaborare in his geſti-
bus:ut mimos & hiſtriones
Opus eē oratori:qa nihil
eſt tam neceſſariū oratori q̄
uox:& quia ſonus uocis ne
ceſſarius ſit oratori : tamen
nō debēt tantū in uocis ex-
citatione tēpoꝶ cōſumere:
quantum tragœdi:& græci
potiſſimū. Studioſis : qui
ſtudent dicendi copiā cōſe-
qui. Dicendo: inter dicen
dum. Vox: qd̄ de geſtu &
motu diximus:idem de uo
ce dicendum eſt. Græco-
rum: ſophiſtarum : qui de-
clamationes docent. Tra-
gœdorum.i.tragœdiam cantantiū.Inter tragicum:& tragœdum hoc intereſt. Nam tragicus poe-
ta dicitur:ἀπὸ τοῦ τραγ καὶ ῷ ν:ideſt cantus:Tragœdus uero:qui eam canit:& recitat. Voci
ſeruiet:ideſt operam dabit uoci. Qui:& docet exercitationē huiuſcemodi hominū. Qui:græci.
Sedentes.ſ.in ſchola. Declamitant.i.declamationibus dant operam. Cubantes:uidelicet ut ſe-
datiori:& integriori ſpiritu uocis ſonū uocis īuitēt. Antea q̄ ꝓnuncient.i.anteq̄ uerba proferāt p̄-
mo quidē cubantes:qum manū ſub aure poſuerint:ſedatiori:& tranquilliori ſpiritu uocē inuitant.
Deinde qum inuitauerint:eā integriori ſpiritu emittūt:& uox aſcendit nō niſi ad quintū gradum .
Cubantes:uocem ꝓuocant: ſedētes ꝓnunciāt. Senſim:paulatim. Egerūt:emittunt.Nā egerere ē
emittere. Ab acutiſſimo.i.ſupremo. Grauiſſimū.i.ad primum recipiunt.i.ad remiſſum. Colli
gunt:Pulchra trāſlatio ab imꝑatore.Nā imꝑator milites ſuos ꝓfuſos recipit:& diſpſos colligit.
Hoc.ſ exercere uocē:quō græci:& tragœdi faciūt. Hoc nos:ſi hoc facere uellemus:ante condēna
retur reus:q̄ oīa enarrauerimus. Pean:ē cātilena ante pͥncipiū pugnæ decātata ī honorē phœbi ut
apud Virg.Lætum pæana canētes. Munionē:munio cātilena:a munio quodā inuēta. Perſcribit̄:
accuſat̄.Teren.Grandē tibi dicā īpingā:more græco γραφεται. Quod ſi in geſtu:Vide quō nunc
argumētatur p ſimilitudinē.Per ſimilitudinē argumētari ſolemus a maiori ad minus:uel econtra a
miori ad maius:ut ſi miori ī re nobis nō īſeruit amicus:ī maioribus multo minus īſeruiet : a maiori
ad minus. In geſtu & ī uoce:q̄ mlto maxime oratori neceſſariæ ſūt:elaborādū ē:multo minus ī iu
re ciuili elaborādū ē:qd̄ nō ē neceſſariū oratori. Geſtu.i.motu corporis. In uoce:ī ſono uocis.
Quæ una.i.ſola uox.Hoc iō dixit:qa ter īterrogatus Demoſthenes:qd̄ maximū eēt ī arte oratoria
R̄ndit ꝓnūciationē. Cōmēdat:audiēdo. Suſtinet dicēdo.Nā eloquētiā uox qū audit̄ cōmēdat.
Præterea qum dicimus:ita ſeruatur:ut a pͥncipio uſq; ad finem æqualis conſtiterit:eam ſuſtinet.

Acie quotidiani muneris.i.aſſiduo labore:& certamīe actionũ. Muneris:Poliſemus ſermo ē.nã
munus donũ ſignãt:& onus militare:qđ qũ remittit:uacatio dicit. Munus:offm̃:uñ municipes dī
cũtur:q ciuilia munera.i.officia accipiũt:ut Virg.Collectũq; hæc ipſa ad munera glutē. Sũmatim
uniuerſaliter ſecũdũ genus ſuũ:& p rubricã. Ab illis rebus.ſ.uoce:& geſtu:& declarat. Sumi: pōt
quidē accipi ſumi:eligi:ut Saluſtius:Sumũt ſibi aliquē ex populo munitorē. Arripi:ſicuti pōt ius
ciuile arripi a iuriſcõſulto:qa p̄mo eligimus:deinde electa capimus. Itaq;:Hoc loco Antonius ar
gumẽtũ Craſſi in ſuũ cõmo
dũ uertit.Nã Craſſus dixe/
rat:græcos neceſſitate qua/
dã nr̃e pragmaticos.i. cauſi
dicos:q ius ciuile ſibi ſubmi
niſtraret: dicens ita oratori
neceſſariã eē iuris ciuilis ſciē
tiam:quēadmodum græcis
Hi cauſidici:quos pragma/
ticoſ appellas:q̃ſi quoſdam
ſubminiſtratores. In quo:
nõ negauero: qđ tu dixiſti
Craſſe:noſtros Romanos
multo melius ægiſſe q̃ græ
cos:ut uoluerit clariſſimos
uiros:& iuris præſtãtes eſſe
quoſdã q̃ſi antiſtites iuris ci
uilis. Tecta:munita:tuta:
atq; deſẽſa. Sed tñ:quãuis
hæc cõceſſerim:noſtroſ me
lius feciſſe q̃ græcos:tñ hoc
affirmauerim: græcos etiã
potuiſſe hoc uidere:qđ diſ/
putaſti:oratorē oportere eſ
ſe eruditũ in iure ciuili ſi ita
neceſſe eē arbitrati eēnt:ſed
qa uidebãt hãc iuris ciuił ſci
entiã minime oratori neceſ
ſariã eē:ideo ſatis habuerũt
oratori dare pragmaticum
Si ita neceſſe:ac ſi diceret:

acie quotidiani muneris ſpatiũ nobis dať: q̃nto minus
ē ad iuris ciuilis perdiſcẽdi occupationē deſcendẽdum?
Quod & ſũmatim pcipi ſine doctrina pōt:& hãc habet
ab illis rebus diſſimilitudinē: q; uox & geſtus ſubito ſu
mi & alicũde arripi nõ pōt:iuris utilitas ad quãq; cauſã
q̃uis repẽte:uel a peritis:uel de libris depromi pōt. Ita/
q; illi diſertiſſimi hoīes miniſtros habẽt in cauſis iuriſ/
peritos:qũ ipſi ſint pitiſſimi:& q(ut abs te paulo ante
dictũ ē) pragmatici uocãtur:ī quo nr̃i oīno melius mul
to:q; clariſſimoꝝ hominũ auctoritates leges & iura te/
cta eē uoluerũt.Sed tamē nõ fugiſſet hoc græcos hoīes
ſi ita neceſſe eē arbitrati eſſent:oratorē ipſũ erudire iure
ciuili:nõ ei pragmaticũ adiutorē dare.Nã qđ dicis ſene
ctutē a ſolitudīe uindicari iuris ciuilis ſcīa: fortaſſe etiã
pecuniæ magnitudine.Sed nos nõ qd nobis utile:uerũ
quid oratori neceſſariũ ſit quærimus:q̃q̃ qm̃ multa ad
oratoris ſimilitudinem ab uno artifice ſumimus. ſolet
idē Roſcius dicere:ſe quo plus ſibi ætatis accederet: eo
tardioris tibicīs modos:& cantus remiſſiores eē facturꝫ
q; ſi ille aſtrictus certa q̃dã nũeroꝝ moderatõe & pedũ
tñ aliqd ad reqē ſenectut) excogitat:q̃to facilius nos nõ

ipſi etiã optime uidiſſent. Nã qđ:Ad aliud argumẽtũ:ſiue rationem Craſſi tranſit Antonius: qua
argumẽtabať Craſſus:ius ciuile oratori pdiſcẽdũ:ne ſenectus deſtituta iaceret.& hoc ſimul cũ cæte/
ris cõfutat:hoc modo:Si hãc rõnē dicis eē:cur ius ciuile orator diſcat:ut ſenectutē ſuã a ſolitudīe ui
dicet:& frequẽtari uelit? multa alia eē rñdeo:qa ſi pecuniæ magnã q̃titatē habuerit: cõtinuo pplm
beniuolũ ſibi:& frequẽtē largiẽdo pficiet:ergo etiã ſine hac poterit pplm frequẽtē habere. A ſoli
tudine:ne oino deſtituta iaceat. Magnitudine pecuniæ:uidelicet largiẽdo:ut a ciuibus colať. Sed
nos:ſed fac ita eē:ut utilitatē hãc afferat iuris ciuilis ſcīa.Ego dico tibi nõ quæri:qd oratori utile ſit:
ſed qd neceſſariũ. Quãq̃: Dixit nos nõ quærere qd utile ſit oratori:tãetſi hoc quoq; oratori utile
erit:ſi diligẽtius cõſiderauerit:ut nõ ſemp intẽdat animũ:ſed rep̄mat aliqñ:& hoc ſeni nõ paꝝ utili
tatis afferet.& ſimilitudinē ſumit ab hiſtrione:ſicut fecit & Craſſus:qa placebat oratorē multis ī re/
bus hiſtrioni cõparari:ac ſi diceret:ego quoq; exemplo tui hanc Roſcii ſententiã oratori accõmo
dabo. Artifice:ab Mimo & Hiſtrione. Aetatis accederet.i.quãto ſenior efficeretur. Aetatis:qa
nõ pōt id laboris ſuſtinere in maturiori ætate:qđ in uiridiori ſuſtinuerat. Modos:modulationes
ad harmoniã pertinet:quæ uariis uocibus certa quadã ratione cõficitur. Tardiores:longiori uo/
cis interuallo.Nã qui canit diuerſas uoces:uariaſq; formas in unũ cõiungit:& modulationes confi
cit.Sed qui ſenior eſt:nõ poteſt has uocis uarietates celeriter pcurrere:ſpiritu deficiẽte iam: & lan/
gueſcente. Cantus.i.tonos:hoc eſt legitima grauitatis:& acuminis ſpatia. Nam ut ex uariis uoci/
bus modus:ita ex uariis modis cãtus cõficit:& ꝓpterea cantus cõtinuo ſubiũxit. Remiſſiores:tar
diores.ſ.uocũ ipſarũ lõgiori interuallo:ut harmoniã facerẽt:qũ plus ſpatii uel minus intẽdimus in
deprimenda uoce. Quod ſi ille aſtrictus:nũc intẽdit argumentũ. Numeroꝝ:modulationũ. Vir
giľ.Nnmeros memini:ſi uerba tenerē. Et pedũ:quia ꝓ quantitate ſyllabarum uerſus modos can/
tuſq; recipiunt:quia ubi ſyllaba ꝓducitur:tono utimur acutiore:qum uero corripitur breuiore.

Laxare.ſ.uocē & numeros ꝓnūciandi. Per multa.i.p magnā orationis partē. Neq̧.n.ab ipſo exēplū ſumit:uide qd dicas:ne nimiū urgeas oratorē:& eū uelis uoci operā dare intēſius:q̄ oporteat. Nā & tuipſe poſtq̄ ad maturiorē ætatē iclinare cœpiſti:uoce moderatiore uti icœpiſti: ut facile appareat oratorē nō poſſe ita ꝓnūciare:ut dixiſti. Quā multa ſint & q̄ uaria:qa tria ſūt gn̄a dicen i qbus oīs oratio uerſat̄:ſublime:mediocre:& humile: in qbus uarios dicēdi modos ineē oportet: ut alii p cōtentionē:alii p amplificationē:alii p ſermones afficiūtur.ergo multa genera dicendi: numero uaria ipſis modis ꝓnūciādis:ut ecce lenitatē ſermonis in Craſſo ſūmā uim dicēdi:& cōtentionē ineſſe dixit.Nā ſermonis pars dignitas ē:cuius oratio cum q̄dā grauitate eē debet:ac remiſſione orationis. Contētionis partes ſūt:cōtinuatio & diſtributio: quarū altera p clamationē:altera p acrimoniā conficit̄. Multa:numero. Varia:diuerſitate ꝓnunciādi:qa alii p cōtentionē:alii p amplificationem: alii p ſermonē. Quod haud ſciam: dubito an tu p̄us hoc oſtēderis uariari genera dicendi ꝓ uarietate & diuerſitate ætatis. Te Craſſe fallit:qđ diximus de remittēda cōtētione uocis. Solebas.ſ.p̄ori ætate. Neq̧ minus grauiſſimi:qa ſermo ē:cuius oratio debet eē cū grauitate quadā. Sūma uis:uehemētia dicēdi qua ſolebas

laxare modos:ſed totos mutare poſſumus. Neq̧ enim hoc te Craſſe fallit q̄ multa ſint:& q̄ uaria gn̄a dicēdi:& qđ haud ſciam:an tu p̄mus oñderis:q iādiu dicis remiſſius & leuius:q̄ ſolebas:neq̧ minus hæc tñ tua grauiſſimi ſermonis lenitas:q̄ illa ſūma uis:& cōtētio ꝓbatur: multiq̧ oratores fuerunt:ut illū Scipionē audiuimus: & Læliū:q oīa ſermone cōficerēt Paulo itētiore:nūq̄ ut Sergius Galba lateribus:aut clamore:cōtēderēt:qđ ſi iā hoc facere non poteris:aut noles:uereris ne tua domus talis & uiri & ciuis:ſi a litigioſis hoībus nō colat̄:a cæteris deſerat̄?Eqdē tātū abſū ab iſta ſnīa:ut nō modo nō arbitrer ſubſidiū ſenectutis:ī eorum q conſultū ueniāt multitudine:eē ponēdū:ſed tanq̄ portū aliquē expectē iſtā:quā tu times:ſolitudinē.Subſidiū.n.belliſſimum exiſtimo eē ſenectuti:ociū.Reliq̄ uero etiā ſi adiuuant: hiſtoriā dico & prudētiā iuris publici:& antiqtatis iter: & exēploꝝ copiā.Siquādo opus erit:a uiro optimo: & iſtis rebus īſtructiſſimo familiari meo lōge mutuabor:

uti i iuuētute tua. Cōtentio.i.acclamatio:& acrimonia uocis.Nā in hæc duo cōtētio diuidit̄:in diſtributionem & cōtinuationē.Cōtinuatio:ē uocis clamoſa acceleratio.Diſtributio:ē acris & diſtincta uociferatio. Multiq̧ oratores: et ſolū hoc fit in ſenectute:ut uocis ſonus remiſſior efficiat̄ pro cōmodo ætatis:ſed hoc etiā uidimus fieri a nōnullis oratoribus:ut hoc uteretur in oī ſuæ uitæ tempore:& tamē nō minus ꝓbari.Et hoc ptinet ad id:ut ꝓbet nō eē oratori ita dandā operā ꝓnunciationi:ut hiſtrioni. Scipionē & Læliū:cōſtat enim Scipionē & Læliū ſtudioſos eloquētiæ fuiſſe:q̄ta aūt fuerint cōiuncti amicitia:nemo ē qui neſciat. Paulo intētiore.i.paulo uehemētiore:habita cōſideratione negocii. Nunq̄ cōtenderēt:cōtētione uterent̄. Lateribus:ubi lōgioribus periodis ſpiritus cōſumit̄.Nā qui nō fuerit bonis lateribus:& uoluerit lōgioribus periodis uti:in medio uocis deſiſtere coget̄. Lateribus:ꝓpter longitudinē periodū. Clamore:ꝓpter intētionē uocis. Quod ſi hoc iā:Nūc cōcludit dicēs:Sed ſi nec hoc qdem efficere poteris:ut remiſſiori uocē cauſam dicas: dubitas ne tua domus deſolata relinquat̄? Nā ſi litigioſi hoīes eā nō frequētarint:tamē uiri clariſſimi eā frequētabūt. Iam:uidelicet qū ad ætatē grauiorē peueneris. Noles:ut tādē ab eiuſmodi litigiis deſiſtas. Colatur:frequētet̄. A cæteris.ſ.p̄ncipibus. Equidē:cōfutata rōne Craſſi ſuam ponit ſnīam.Primo quidē nō deſtituet̄ tua domus:ſed hoc cōcedat̄.Ego id nō ſolū dixerim eē ſenectutis incōmodū:ſed etiā cōmodū cōtenderim:ut aliquādo requiē poſtulet. Sed tanq̄ portū:qū iam ingraueſcēte ætate ab eiuſmodi cauſis me remouero. Subſidiū.n.belliſſimū: elegātiſſimū:prudētiſſimū:& optimū. Reliq̄ uero &c.Dixit ſupius Antonius illā nō eē rōnem admodū ꝓbādam:q̧ ius ciuile ſenectutē a ſolitudine uindicet.Deinde dixit ſe nō q̄rere qd oratori utile ſit:ueꝝ etiā qd neceſſariū. Nūc uero dicit q̄ de hiſtoria:de moribus:de cōſuetudibus maioꝝ de exēplis dixerat Craſſus tenēda eē oratori:ut orationē locupletare poſſet: dicit nō ſe negare:ſed nō eē adeo neceſſaria: Nā ſi ea neceſſaria erūt:potero a lōgo familiariſſimo meo mutuari: etiā ſi nō ea i ſcp̄tis didicerim.

Hiſtoriā dico:qa dixit reliq̄ a Craſſo ſnp̄ius diſputata. Prudētiam:plæbeſcitoꝝ:quæ ſtatuta uocātur. Antiquitatis:mores:& conſuetudines maiorum. Exemplorum copiam:quæ de hiſtoria & antiquitate ſumuntur. Iſtis rebus:ſcilicet hiſtoria:plæbeſcitis: & conſuetudine maiorum. Inſtructiſſimo: idest peritiſſimo uiro. Hunc longum conſtat hiſtoriarum ſtudioſiſſimum fuiſſe.

Neq̃.n.repugnabo: Quia ſupius dixerat Antonius nõ cõcedere:ut ĩ diuerſa ſtudia oratoris iduſtria diſtrahat̃:uidebat̃ idicere:ne aliud diſcerẽt pter oratoriã artẽ. Nũc uero q̃ cõcedẽda ſũt:cõcedit quæ aũt negãda refellit. Hortatus:ſicuti uidimus ĩ Craſſi diſputatione. In oĩ recto ſtudio & humanitate.i.ĩ oĩ honeſto ſtudio humanitatis. Humanitatis:eruditionis & diſciplinæ. Ci.ꝓ Archia poeta:Eteni oẽs artes:q̃ ad humanitatẽ ptinẽt:quoddã q̃ſi cõe uinculũ &c. Nõ ita multũ: Nũc q̃ſi beniuolẽtiã captare uidet̃ a Cotta:& Sulpitio. Et pſeq.i.ſi uoluerint oia cõſeq. Huic ætati:occupatiſſimæ:ꝓpter maieſtatẽ populi romani. Ad id qđ cupiũt.ſ.pfectã facl̃tatẽ oratoriã. Nã et ſubitæ:oia fere repetit q̃ Craſſus dixerat ſupius oratori neceſſaria:& ẽ zeugma ab ĩferiori.

neq; repugnabo quo minus id quod modo hortatus es õia legãt:oĩa audiãt : ĩ oĩ recto ſtudio atq; humanitate uerſent̃. Sed mehercule nõ ita multũ ſpatii mihi habere uidẽtur:ſi modo ea facere:& pſequi uolent: quæ a te Craſſe præcæpta ſũt:q mihi ꝓpe iã nimis duras leges ĩponere uiſus es huic ætati:ſed tñ ad id qđ cupiũt:adipiſcẽdũ:ꝓpe neceſſarias. Nã & ſubitæ ad ꝓpoſitas cauſas exercitationes:& accuratæ ac meditatæ cõmẽdatiões: ac ſtilus ille tuus:quẽ tu uere dixiſti pfectorẽ dicẽdi eſſe ac magiſtꝝ multi ſudoris ẽ:& illa orõnis tuæ cũ ſcptis alienis comparatio:& de alieno ſcripto ſubita : uel laudãdi uel uituperãdi:uel cõprobãdi:uel refellẽdi cauſa: diſputatio:nõ mediocris cõtẽtionis ẽ:uel ad memoriã :uel ad imitãdũ. Illud uero fuit horribile:qđ mehercule uereor ne maiorẽ uim ad deterrẽdũ habuerit:q̃ ad cohortandũ:uoluiſti.n.ĩ ſuo gñe unũquẽq; nr̃m q̃ſi quẽdã eſſe Roſciũ:dixiſtiq; nõ tã ea:q̃ recta eẽnt ꝓbari : ꝙ q̃ parua ſũt:faſtidiis adhæreſcere. Quod ego nõ tam faſtidioſe ĩ nobis:qđ ĩ hiſtrionibus ſpectari puto. Itaq; nos raucos ſæpe attẽtiſſime audiri uideo:tenet enĩ res ipſa atq; cauſa:at Eſopũ ſi paulũ irracuerit explodi : a quibus enim

Subitæ: ut ul̃ ex tpe: ꝓpoſita cauſa dicere poſſit. Accuratæ:diligẽter. Cõmẽdationes:collocatiões reꝝ:eo ꝙ collocantur.i. memoriæ mãdantur. Meditatæ: aĩo uerſatæ. Stilus:ad iduſtriã ſcribẽdi ptinet. Stilus:character:ut ſicut ĩ ſcribẽdo dicere cõſueuiſſes:ita ꝓnũciãdo ſeruares. Illa comparatio: Hoc etiã ĩ exercitatiõe pcæpit Craſſus:ut ĩ ſua ſcpta cũ alienis cõpararet:& q̃ meliora eẽnt ſua:illis adæquare cõtẽderet. Tuæ.i.cuiuſq; ꝓpriã. Et de alieno ſcpto: ſẽſus ẽ:Si oia q̃ dicta ſũt a te o Craſſe:orator efficere uoluerit:neceſſe ẽ : ut nunq̃ ab exercitatione deſiſtat. Vel laudãdi:q̃ digna ſũt. Vl̃ uituperãdi:q̃ ĩdigna. Cõprobãdi:q̃ uera uel uériſimilia.

Refellẽdi:quæ falſa. Cõtẽtionis.i.nõ mediocris intẽtionis:cõtinuationis:& pſeuerãtiæ. Illud uero:Hæc ẽ ſeptima:& ultima huius capitis pars:In q̃ Antonius Craſſi rephẽdit de ꝓnũciatiõe ſententiã:tanq̃ durã & ĩmitẽ. Deterrẽdũ:remouẽdũ ab eloquẽtia:ne ſperẽt ſe tãtã ꝓnũciãdi artẽ cõſeq poſſe. Quã cohortãdũ:ad eloquẽtiã. In ſuo gñe:i ꝓpa facl̃tate dicẽdi. Quaſi quẽdã eẽ Roſciũ: ac ſi diceret:ut nihil poſſet ĩ ꝓnũciatione nr̃a rephẽdi. Dixiſtiq;:Et qũ argumẽtaret̃ Craſſus:tantã operã ĩ ꝓnũciatione ponẽdã eẽ dixerat:hiſtrionẽ:ſi nõnunq̃ illã ſeruare potuiſſet ꝓnũciationẽ excuſatores facile ĩuenire:eo ꝙ dicerẽt crudũ eẽ:& nõ bene diſpoſitũ ad eã rẽ. Non tã ea:qa dixerat ea:q̃ dicerent̃:inepta ĩ aĩs auditoꝝ magis pmanere:q̃ ea q̃ recta eẽnt. Nõ tã q̃ recta eẽnt.ſ.q̃ ea q̃ eſſet iepta. Faſtidiis:faſtidioſis hoĩbus. Quod ego:Nũc Antonius cõuertit hoc argumẽtũ Craſſi: & dicit:Tu dixiſti ea q̃ ab oratoribus dicunt̃ faſtidioſius audiri:q̃ ea q̃ dicãtur a mimis:& hiſtrionibus. Sed ego aliter ſẽtio. Nã q audiũt oratorẽ:nõ uſqueq̃q; audiũt delectationis cauſa:ſed utilitatis. Quod ſi aliqd minus iocũdũ dixerit:æqori aĩo ferũt:qa nõ ẽ oratoris intẽtio:ut delectet ſolũ. Si uero hiſtrio aliqd ineptũ ꝓtulerit:qa nihil pterea reqrit̃ ab eo:niſi delectatio:nulla rõne tolerari põt.
Itaq; nos:Primo qdẽ re ipa cõfirmat:deinde rõne refellit:ꝙ uidelicet oratorẽ raucũ ſæpiſſime ſũma attẽtione audiuerit. At uero hiſtrionẽ:ſi paulo uocẽ remiſerit:nõ ẽ q eũ audire uelit. Res ipſa atq; cauſa.i.cauſa rerũ. Tenet.ſ.auditores. Nã orator nõ ſolũ delectat:ſed etiã docet. Hiſtrio uero tantũmodo delectat. Sed ſi orator alterũ fecerit.ſ.ut doceat:æquo aĩo eũ ppl̃s patiet̃:& auditores.
Res ipſa:ſcilicet qum docet. Irracuerit:ideſt paululum raucus fuerit factus. Notandum eſt uerbum : quod rariſſime inuenies. Componitur ex in:& rauceo. Explodi:eiici:& uituperari.& eſt ſũptum de theatro. Nam qui in theatro pronunciationem minime gratam habuiſſet: explodebatur:ideſt extra theatrum : & extra plauſum eiiciebatur. A quibus enim : Et ueriſimile eſt:ut audite non poſſint Roſcium:ꝙ aliquid iniocundum dixerit : quia nulla alia de cauſa illuc acceſſerit.

Iu iis:hiſtrionibus. Offẽditur:impſonale ẽ.i.offenſio fit. Simul atq;.i.q̄primũ diminutio aliq̄: etiã ꝑexigua facta fuerit. Imminuit:detrahit᷑. Quæ.ſ.ab oratore ꝓnũciata. Sũma nõ ſũt:quia ĩ oratione ab oratore multa inſerũtur:quæ nõ ſũt magni põderis. Ergo ut ad ꝑmũ illud reuerrar: Poſtq̄ Craſſi rationes cõfutauit Antonius:q̄ tantarũ rerũ ſcia oratori minime ſit neceſſaria:nũc infert cõcluſionẽ oſtẽdẽs qd ĩpe de ꝓfata oratoris ſcia ſẽtiat.Ego quoq; oratorẽ ita diffinio ſicut Craſſus:& tamẽ nemo ipſi ea neceſſaria eẽ dicet:q̄ diſputauit Craſſus.Nã etiã ſine illis poterit officiũ ſuum adiplere. Ad primũ illud:Q̄uia qũ de oratore diſputaturus eẽt Craſſus:primũ ꝑ ĩductionẽ quãdã diffinire uoluit: qd eẽt oratoris officiũ. Accõmodate: qa nõ ſemp ꝑſuadet orator:& finẽ huius breuiter ꝑ tranſitũ tetigit:qa finis huius artiſ ẽ apte ꝑſuaſiſſe. In uſu: in cõſuetudine ciuitatũ. Rẽ geſtã cæteris ſtudiis.ſ.philoſophiæ:aut iuris ciuil᷑. Vt ita dicã:qa exercitationẽ dicẽdi opus appellauerat:iõ dixit:ut ita dicam.Opus.n. magis materialis rei ẽ:q̄ incorporeæ. Illũ:emphaſim facit.q.d.ꝑſtãtẽ & illuſtrẽ. Impedimẽta naturæ: qa anteq̄ ad dicẽdum Demoſthenes ueniret: neceſſe fuit: ut uitia naturæ corrigeret: & emẽdaret. Diligentia:propter ſtudiũ. Induſtria:propter laborẽ. Balbus.i.perplexa lingua eẽt. Primam litterã.ſ.p. Cõſtat enim ipſũ plurimũ laboraſſe ĩ hac littera.d.ꝓ qua.λ.quodãmodo ꝓferebat. Anguſtior: qa in media oratione deficiebat:& ꝑſertim ſi piodus lõgior fuiſſet. Aĩa.i.ſpũ retinẽdo. Cõtẽtiones: elationes:& intẽtiões uocis. Remiſſiones:demiſſiões. Cõiectis.ſ.calculis ĩ os ad corrigẽdã linguã balbucientẽ:ut cũ ore ĩpedito multa ꝓnũciret:expedito deĩde ore plura poſſet ꝓnũciare. Studium:qđ ẽ magis ĩgenii. Laborẽ:qđ ẽ corpis. Tã&ſi: Nã etiã ſi tãtũ ĩgenio ualuiſti:ut hæc oĩa cõſeq̄reris:tñ nõ debes hæc alioꝝ ĩgeniis ĩponere:q nõ ſũt adeo acuti ĩgenio. Hæc qũ Antonius:Poſtq̄ inqt Antonius aduerſus Craſ.diſputationẽ ꝑfecit:qũ Sulpi.& Cotta cogitabũdi ſe ſigrẽt ĩcertos eẽ:cuius potius orõni aſſẽtiretur:orõnẽ ipſius Craſſus excæpit. Tum Craſſus:o Antoni:Tu oratorẽ opariũ quẽdã facis:queadmodũ de oratore dixiſſe uidebat᷑ Antonius:q nihil ageret:niſi cauſas ſecũdũ uulgarẽ hoĩum cõſuetudinẽ tractaret. Atq; haud ſcio:Et tñ o Antoni q̄uis ĩgeniũ tuũ ĩ cõfutãdis ſentẽtiis nřis oñderis:tñ te aliter ſẽtire:& aliter dicere ſẽtio. Præſtitit:excelluit:qa mirificus fuit Antonius ĩ refellẽdis inimicoꝝ cauſis. Propa:qa ſicut Cicero ponit ĩ arte id ꝓpriũ ẽ oratoris refellere aduerſarioꝝ cãs. Exercitatio:ẽ oratoris:ſed ꝓcæpta ſũt philoſophiæ

nihil præter uoluptatẽ auriũ quærit᷑:ĩ iis offẽdit᷑: ſimul atq; ĩminuit᷑ aliqd de uoluptate.In eloquẽtia aũt multa ſũt:quæ teneãt:quæ ſi oĩa ſũma nõ ſũt:& plæraq; tamẽ magna ſũt:neceſſe ẽ ea ipſa:quæ ſũt:mirabilia uideri.Ergo ut ad ꝑmũ illud reuertar:ſit orator nobis is qui ut Craſſus deſcripſit:accõmodate ad ꝑſuadendũ poſſit dicere.Is aũt cõcludat᷑ ĩ ea:quæ ſũt ĩ uſu ciuitatũ uulgari:ac forẽſi:remotiſq; cæteris ſtudiis:q̄uis ea ſint ampla:atq; præclara:ĩ hoc uno ope(ut ita dicã)noctes & dies urgeãtur:imitẽturq; illũ:cui ſine dubio ſũma uis dicẽdi cõcedit᷑:Atheniẽſem Demoſthenẽ:ĩ quo tantũ ſtudiũ fuiſſe:tãtuſq; labor dicit᷑:ut ꝑmũ impedimẽta naturæ diligẽtia ĩduſtriaq; ſupaſſet.Q̄unq; ita Balbus eẽt ut eius ipſius artis:cui ſtuderet ꝑmã litterã nõ poſſet dicere:ꝑfecit meditãdo:ut nemo planius eẽ locutus putaret.Deinde qũ ſpũs eius eẽt anguſtior: tantũ cõtinẽda aĩa ĩ dicẽdo ẽ aſſecutus:ut una cõtinuatione uerboꝝ id qđ eius ſcripta declarãt:binæ ei cõtentiones uocis & remiſſiones cõtinerent᷑:q etiã ut memoriæ ꝓditũ ẽ:cõiectis ĩ os calculis ſũma uoce uerſus multos uno ſpũ pronũciare cõſueſcebat.Neq; is cõſiſtẽs loco:ſed ĩambulãs atq; aſcenſu ĩgrediẽs arduo.Hiſce ego cohortationibus Craſſe ad ſtudiũ & ad laborẽ ĩcitãdos iuuenes uehemẽter aſſẽtior:cætera quæ collegiſti ex uariis & diuerſis ſtudiis & artibus:tã&ſi ipſe es oĩno cõſecutus:tñ ab oratoris ꝓpo officio atq; munere ſeiuncta eſſe arbitror.Hæc qũ Antonius dixiſſet:ſane dubitare uiſus eſt Sulpitius & Cotta:utrius oratio ꝓpius ad ueritatẽ uideret᷑ accedere.Tũ Craſſus:Operariũ inqt nobis quẽdã Antoni oratorẽ facis.Atq; haud ſcio an aliter ſẽtias:& utare tua illa mirifica ad refellẽdũ cõſuetudine:q̄ tibi nemo unq̄ præſtitit:cuius qdẽ ipſius facultatis exercitatio oratoꝝ ꝓpa

Sed iam in philoſophoꝝ.ſ.ꝑipateticoꝝ. Maximeq̃;declarat:q̃a & inueniendi:& dicẽdi rationẽ habẽt. In utrãq; partem.ſ.cõfirmãdi:& infirmãdi.Infirmari:minui:ut eos negligentiores reddere mus:ſed potius augeremus:ut reꝝ magnitudie maius eoꝝ deſideriũ efficeret. Nullius.i. q̃tulũcũ q; id eẽt:ſed oĩa ornamẽta oratori Ro.neceſſaria eẽ oporteret.Scia & liberales artes aĩum & inge niũ exornãt. In nr̃a rep.cuius iperii maieſtas tãta ẽ:ut iã ferme totũ terraꝝ orbem occupauerit. Exiguis q̃buſdã finibus.i.exiguis diffinitionibus:q̃a breuiter deſcripſiſti oratorẽ. De officiis:quid agẽdum ſit. Præcæptiſq;: quõ agẽdũ. Secũdũ.i.poſt hũc diẽ.Iã.n.iſtabat tp̃s curãdi corpora. Nũc & Scæuola:q̃a ab ĩitio etiã hoc dixerat ipſe: q̃uis a Lælio expectaret ĩ tuſculano: tamen dixerat ſe libẽter huic diſputatiõi ĩtereſſe. Dũ ſe calor frãgat:bona:& honeſta piphraſis:ut oñdat caloris diminutionẽ. Tũ Scæuola: Vellẽ inq̃t nõ conueniſſe cũ Lælio in tuſculanũ ire: q̃a libẽter audire uolebã Antoniũ:& qũ hoc diceret ĩtelligimus ſurrexiſſe:ut abiret ĩ tuſculanũ. In tuſculanum: Quõ ire poterat in tuſculanũ:ſi ĩ tuſculano erat? Hoc iõ dicit: q̃a oĩs ille ager appellat̃ tuſculanus:q̃ eſt circa oppidũ tuſculũ q̃re nõ ẽ mirãdũ:ſi de tuſculano ĩ aliud tuſculanũ ꝓfecti ſũt. Peruellit.i.detraxit de dignitate eius ad ſuam utilitatem.

eſt:ſed iã ĩ philoſophoꝝ cõſuetudine uerſat̃:maximeq; eoꝝ q̃ de oĩ re ꝓpoſita ĩ utrãq; partẽ ſolẽt copioſiſſime dicere.Verũ ego nõ ſolũ arbitrabar:his præſertim audi entibus:a me ĩformari oportere q̃lis eẽ poſſet is:q̃ habi taret ĩ ſubſelliis:neq; q̃cq̃ amplius afferret:q̃ q̃d cauſa rũ neceſſitas poſtularet:ſed maius q̃ddã uidebã qũ cen ſebã oratorẽ:præſertim ĩ nr̃a rep.nullius ornamẽti exp tẽ eẽ oportere.Tu aũt qm̃ exiguis q̃buſdã finibus totũ oratoris munus circũdediſti:hoc facilius nobis expones ea:q̃ abs te de officiis præcæptiſq; oratoris q̃ſita ſũt:ſed opinor ſecũdũ hũc diẽ ſatis.n.multa a nobis hodie dicta ſũt.Nũc & Scæuola qm̃ ĩ tuſculanum ire cõſtituit: paulũq; reuieſcet:dũ ſe calor frãgat:& noſipſi:qm̃ id tẽ poris eſt:ualitudini demus operã.Placuit ſic oĩbus.Tũ Scæuola.Sane inq̃t uellẽ:nõ cõſtituiſſe ĩ tuſculanũ me hodie uẽtuꝝ eẽ Lælio:libẽter audirẽ Antoniũ:& qũ exurgeret:ſimul arridẽs:neq;.n.inq̃t tã mihi moleſtus fuit:q̃ ius noſtrum ciuile ꝑuellit:q̃ iocũdus q; ſe id neſcire:confeſſus eſt.

Liber primus finit.

M.T.Ciceronis ad Quintum fratrem in ſecundum de Oratore Librum præfatio Incipit.

m AGNA nobis pueris Quinte frater:ſi memoria tenes:opinio fuit.L.Craſſũ nõ plus attigiſſe doctrinæ:q̃ q̃tũ ꝑma illa puerili ĩſtitutiõe potuiſſet.M.aũt Antoniũ omnino omnis eruditionis

m AGNA NOBIS:Hoc ꝓemii initiũ cõtinet diſceſſum ſcæuolæ ex tuſculano ĩ urbẽ.& quõ Catullus: & Cæſar frẽs hortatu Scæuolæ Romã ꝓfecti ſũt ĩ tuſculanũ:ut huic diſputationi ĩtereſſent.

Quoniã aũt.L.Craſſi:&.M.Antonii omnis de oratore diſputatio futura ẽ:Cicero(ne uideretur eis partes dediſſe:quarũ ipſi omnino ignari eẽnt)Iccirco ꝑncipio huius proemii cõfutat eoꝝ opinionem:qui Craſſum & Antoniũ de hac arte nihil aut parũ didiciſſe credebãt.Hoc autẽ proemium ĩ ſex partes diuidere poſſumus.In ꝑma ponit:quid de his uiris uulgo creditũ ſit.In ſecũda parte confirmat:eos qũ alioꝝ:tũ ipſius iudicio doctiſſimos.In tertia parte rationẽ affert:quare illi huius doctrinæ ignaros:& rudeſ uideri uoluerũt.In q̃rta oñdit eloq̃tiæ ꝑſtãtiã:quã uiri illi mediocriter cõſecuti ſũt:eã eẽ:ut oĩs doctriæ:& ſapiẽtiæ ſtudiũ:cognitioneq; deſideret.In q̃nta pte cauſas adducit cur hũc de oratore ſermonẽ ab his uiris habitũ memoriæ ꝓdiderit.In ſexta & ultia:hos libros Qu. fratri cõmẽdat:qũ eiuſmodi eẽ dicat:ut nõ poſſit cõtẽni nec debeat.In quo illud aĩaduertẽdũ ẽ:Ciceronẽ iterea nõ ꝑtermiſiſſe ꝓemii uirtutes:nã qũ diluit minus honeſtã ſuſpitionẽ:q̃ eos faciat de arte loq:q̃ artẽ ignorẽt:beniuolẽtiã cõparat a pſona ſui.Itẽ qum dicit hũc ſermonẽ ab his uiris habitũ:ideo ſe ſcribere uoluiſſe:ne tales uiri apd̃ poſteros idocti haberent:& ne eius nomẽ obliuiõi mãdaret:beniuolos reddit auditores.Quibus ita breuiter pcurſis ad lr̃æ expoſitionẽ deſcendamus. Magna opinio fuit.ſ.iter omnes. Nobis pueris.i.a pueritia noſtra. Prima iſtitutione.i.i ludo litterarũ:qũ ꝑmas lr̃as i ſchola cũ æq̃libus didiciſſet. M.aũt Antoniũ:& rurſus fuit magna opinio.

prohemiũ ſex ĩ partes diuiditur. 1. p. quid 2. 3. 4. 5. 6. finis

Experte atq; ignarũ.i.imperitũ:& indoctũ. Erantq; multi:& erãt nõnulli:qui nõ ſolum ꝙ itã fu
iſſe exiſtimabãt:ſed inuidia quadã inducti nos a ſtudio litterarũ deterrere uoluerunt:ꝙ dicerent:ſi
ſine his ſtudiis docti uiri euaſerũt:ſtultũ eſſe noſtrũ ſtudiũ. Rem habere:ut indocti fuiſſent. Ho-
mines:Antonius & Craſſus. Deterrerẽt:remouerẽt. Sũmam prudentiã atq; eloquentiã:in proe
mio artis ueteris Cicero diſſeruit:eloquentiã cũ ſapientia cõiunctam eſſe debere:alioqn uero parũ
ꝓdeſſe ciuitatibus. Patris noſtri:Qu.Ciceronis. Inanis:uanus & inutilis. Studiũ.i.incõſulta ui-
deret̃ eẽ cupiditas. Quos
tu:Hæc ẽ ſecũda pars:ĩ qua
Cicero cõfutat eoꝝ opinio
nẽ: qui eos indoctos exiſti-
mabãt dicens:q̃q̃ hoc illi di
cerẽt:nos tamẽ eoꝝ opinio
nẽ facile cõfutabimus. Vt
pueri.i.quãtũ pueri poſſũt:
& eis cõcedebatur. Teſti-
bus patre &. C. Aculeone:
qui uterq; familiariſſimi fu
erunt:alter Craſſi: alter An
tonii. Patruo: qui parẽtis
eius frater extiterat. Teſti
bus.ſ.patre &.C. Aculeone
ꝓpinquo. Noſtra mater-
tera:Declarat qđ dixerat ꝓ
pinquo. Dicitur matertera
quaſi mater altera:eſt enim
ſoror matris. Patruus:ſci-
licet Aculeo. In cilicia: qũ
Antonius in ciliciã quæſtor
miſſus ẽ:& reuerterũt una:
Deceſſerat:non ſignificat
mortuus erat ĩ ꝓuincia: ſed
deceſſerat.i. diſceſſerat: nã
Antonius poſtea iuſſu Ma-
rii capite obtrũcatus ẽ. Cõ
ſobrini:q ex duabus ſorori
bus nati eẽnt:& conſobrini
dicũtur q̃ſi cõſororini. Ab
his doctoribus:qum Craſſi
conſilio erudiremur. nam
quos ille doctores hũerat:
etiã nobis ꝑfecerat. Illud:
ſ.qđ ſeqt̃. Eiuſmodi:eius ĩ
genii:& uerecũde dixit pue
ros magni ingenii fuiſſe.
Nullã aliã noſſe: adeo apte
græca lingua ꝓnũciabat: ut
nunq̃ ĩ latio fuiſſe uideret̃.
Ponere:ꝓponere: ẽ.n.aphe
reſis. Nouũ:qđ nõ didiciſſet ipſe p ſe. Inauditũ:qđ nõ ab alio accæpiſſet. De Antonio uero:Di
xi de Craſſo:nũc de Antonio. Accæpæramus:audiueramus. Patruo.ſ.L.Cicerone. Sermoni-
bus:ſicut etiã ipſe Craſſus de ſe dixerat.nã & ipſe cõmemorauit quos ſermões habuiſſet partim cũ
philoſophis atheniẽſibus:partĩ cũ philoſophis rhodi:& ꝑcipue cũ Menedemo. Ipſe: ſcimus ſecũ
dũ Priſcia.hoc ꝓnomẽ tres pſonas ſignificare.ſ.pmã:ſecũdã:& tertiã. Ineũtis ætatis:Oñdit qd ſit
adoleſcẽtiæ.i.ineũtis ætatis tẽpus:qum a pueritia ad adoleſcẽtiã uenire cœpit. Patiebat̃:qa adole-
ſcẽtis ꝓpꝛium ẽ & ineũtis ætatis pudor. Ex eo.ſ.Antonio. Iam tum.ſ.ab ineunte ætate. Ex mul-
tis:quia ſæpe cum illo colloqui mihi contigit. Artibus ſ.grãmatica:rhetorica: & dialectica: quæ
ſunt artes adoleſcẽtiæ. Aeſtimare.i.æſtimationẽ uel iudicium facere. Rudem:imperitũ. Igna-
rum:indoctũ. Sed fuit:Hactenus cõfutauit opinionẽ eoꝝ:q nihil eos de hac arte didiciſſe crede-
bãt.Nũc ad aliã partẽ trãſit:ĩ q̃ oſtendit illos uoluiſſe ſe ignaros & rudes in omni doctrina uideri.

expertẽ: atq; ignaꝝ fuiſſe.Erãtq; multi q̃quanq̃ nõ ita
ſeſe rẽ habere arbitrarent̃: tamẽ quo facilius nos ĩcẽſos
ſtudio dicẽdi a doctrĩa deterrerẽt:libẽter id qđ dixi: de
illis oratoribus prædicarẽt: ut ſi hoĩes nõ eruditi ſũmã
eẽnt prudẽtiã:atq; ĩcredibilẽ eloquẽtiã cõſecuti: inanis
oĩs noſter eẽt labor:& ſtultũ ĩ nobis erudiẽdis:patris no
ſtri optimi ac prudẽtiſſimi uiri ſtudium uideret̃.Quos
tum ut pueri refutare domeſticis teſtibus patre: &.C.
Aculeone ꝓpĩquo noſtro:&.L.Cicerone patruo: ſole-
bamus:qđ de Craſſo pater:& Aculeo:quo qum nupta
erat noſtra matertera: quẽ Craſſus dilexit ex oĩbus plu
Dicit enim q̄ ſit utilis mihi nūc ꝑtermittēdū uidet᷑: ſed ſi quærimus uoluptatē: & iocūditatē: cæteris oībus anteponet᷑. Vſū: utilitatē: quāta ē utilitas eius facultatis: ut q in ea ꝑſtātes ſūt: hi ī oī repu. dñi eē poſſint. Pacata: ideo dixit pacata: qa in ciuitate quæ ſeditione laborat: nō uerbis: ſed armis diſcæptat᷑: ergo pacata: ſine ſeditione. Libera: Nā in ciuitate: quæ alicui ſeruit: parendū ē uni: nō per ſuadendū. Libera: quæ nullius īperio ſubiecta ſit. Auribus: uoce & cōpoſitiōe orationis: & uerborū. Mētibus: magnitudine: & uarietate rerū. Quis enim? a iocūditate ſiue delectatione ſumit argumentū. Cantus: īter ſermonē: & concionē mediocris. Artificioſa cōſtructione. i. clauſula ꝑiodi: q̄ certis quibuſdā numeris cōficitur. Qui actor. i. mimus & hiſtrio: qui plærūq; nec res ueras agit: nec uerıſimiles. In ſuſcipienda: qa q̄uis orator uera nō dicat: tamē hoc debet eē ꝓpoſitū: & nunq̄ falſa defēdat. Subtilius: ꝑſpicacius. Illuſtrata cumulataq;: nihil aliud ē: q̄ ornate loqui: & copioſe dicere. Ornate: Duo iſta cōprehendit ſ. illuſtrationem uerboꝝ: & cumulationē rerū. Huius eſt: oratoris inqt ē: & ī curia dicere ſnīam ex dignitate ſenatoria: & in cōcione populū aut torpeſcentē excitare: aut ſæuientē cōprimere: & ī foro defēdere inocētes: & accuſare ſōtes: tria hæc q̄ diximus: his uerbis Cicero cōplectit᷑. In dādo cōſilio: i. ī cōſultādo de rep. Cum dignitate. ſ. ſenatoria. Explicita: expoſita. Incitatio ad ultionē improboꝝ: uidelicet langueſcentē populū ad improboꝝ ultionē incitare uituperādo īprobos. Effrenati: ſæuiētis ī bonos. Moderatio: cōpreſſio. Eadē. ſ. facultas eloquētiæ. Fraus: iniuria. Integritas: innocētia. Quis cohortari? Hoc loco tria: quæ ſupra dixit gñā cauſarū: oratoris ꝓpa eē dicit. nā & cohortari ad uirtutes: & reuocare a uitiis deliberatiui generis ē: qđ ī ſenatu ſæpe tractat᷑: deinde laudare bonos: & uitupare malos demōſtratiuo generi cōuenit: qđ ad populū freq̄nter agit᷑. Cupiditatē frāgere: iudiciale genus īnuit: a quo nō ualde diſtat cōſolādo lenire mœrorē. nā q ī iudicio nocētes defēdit: ſine dubio cōſolat᷑ mœſtos: ſed hoc dixit: ut amplius aliqd oratori attribueret: ꝙ nō ſolū inſōtes defēderet: & ſōtes accuſaret: ſed etiā miſeros cōſolādo iuuaret. Illū aūt aiaduertēdū ē: Antoniū ſētire: qđ ī ſequētibus apparebit: nec hortādo populū lāgueſcētē: nec obiurgādo ſæuiētē: nec cōſolādo mœſtū ī nullo gñe cauſaꝝ eſſe: quin etiā Antonius negat demōſtratiuū genus nō eē. nam Antonius hoc facit: ut ſe huius artis imperitū oſtēdat. Reuocare: qū aliquid ſuademus: & honeſtū eſſe oſtēdimus: & ab omni turpitudine alienū. Ergo qum hoc dicit: ſine dubio deliberatiuū genus oſtēdit. Ardentius: cupidius. Acrius: uehementius: ut acrior ad pugnā redit. Accuſando. ſ. nocentes: & defendēdo inſontes. Quis mœrorem? Ecce poſtq̄ dixit frangere cupiditatē accuſando: addit mœſtos cōſolari: ſed tñ hoc dixit Antonius: ut aliquid amplius oratori attribueret: ut modo dicebā. Mœrorem: Quia ut ſupra dixit: defendere innocētes: eſt ſine dubio mœſtos cōſolari. Mitius: lenius. Quis leuare? ſcilicet poteſt. Hiſtoria uero: Hoc loco oſtēdit oratoris ꝓprium eſſe: hiſtoriā litteris cōmendare: uel etiā oratione ſua populo narrare res geſtas antiquorum: & eſt pulchra diffinitio hiſtoriæ ex eo quod efficit. Hæc enim omnia quæ in hac deſcriptione continentur: ſunt quidam hiſtoriæ effectus. Teſtis temporum: quia digerit ætates. Lux ueritatis: quia res geſtas clariſſimorum uirorum aperit. Memoria: quia uetera conſeruat. Magiſtra uitæ: quia uirtutes & uitia proponit. Nuncia uetuſtatis: quia antiqua repræſentat. Qua: ſcilicet uoce. Immortalitati: ideſt ſempiterna commendatione donatur.

Nã ſiqua ē ars alia:q̄ uerboꝝ aut faciēdoꝝ:aut deligen
doꝝ ſciētiã ꝓfiteat̄:aut ſiqs q̄ dicit̄:niſi orator forma
re orationem:eãq; uariare: & diſtĩguere: q̄ſi qbuſdam
uerboꝝ ſentētiarũq; inſignibus:aut ſi uia hac una arte
tradit̄:aut argumētoꝝ: aut ſentētiaꝝ:aut deniq; deſcri
ptiōis:aut ordinis fateamur:aut hoc: qđ ulla: niſi ab
hæc ars ꝓfiteat̄:alienũ eē: aut cũ aliqua alia arte eē cõ
mune. Sed ſi ĩ hac una ē ea ratio atq; doctrina:non ſiq
aliaꝝ artiũ bene locuti ſũt:eo minus id eſt huius unius
ꝓpriũ. Sed ut orator de iis rebus:q̄ cæteraꝝ artiũ ſũt:ſi
modo eas cognouerit:ut heri craſſus dicebat:optīe po
teſt dicere:ſic cæteraꝝ artiũ hoīnes ornatius illa ſua di
cũt ſiqd ab hac arte didicerũt. Neq;.n.ſi de rebus ruſti
cis agricula qſpiã:aut etiã id qđ multi medici đ morbis
aut ſi de pĩgēdo pictor aliqs diſerte dixerit:aut ſcpſerit:
iccirco illius artis putãda ē eloq̄ntia ĩ q̄:qa uis magna ē
hoīum ĩgeniis: eo multi etiã ſine doctrina aliqd oīum
generũ aut artiũ cõſequunt̄:ſed qđ cuiuſq; ſit ꝓpum

Nam ſiqua ars:Nũc ꝓbat qđ ꝓpoſuit:ſi alia inqt ars hoc efficere poſſet q̄ rhetorica:nõ eēt ꝓpũm
oratoris:ſed qa nõ põt:ergo ad oratorē tm̄modo ſpectat. Nã ſiqua ē ars alia:ſi alia ars dicendi p̄
cæptionē dat:q̄ rhetorica:aut hoc ipſũ:qđ rhetorica facit:alius cuiuſpiã artis ē:ut id ipſi cũ alia arte
cõuenit:ſed nulla alia ars tale aliquid docet:aut alicui arti hoc cõuenit:neceſſe ē ergo hãc præcæpti
onē dicēdi nullius artis eē:q̄ rhetoricæ:& id ē qđ hoc loco dicit. Alia.i.alius cuiuſpiam artis. Ver
boꝝ faciēdoꝝ:ꝓpter elegantiã:quæ nos facit ꝓpriis:& planiſſimis uerbis uti. Deligēdoꝝ:ex ali
is auctoribus: poetis: atq;
ſcriptoribus. Formare:ex
ſuis partibus.ſ.ex exordio:
narratione:diuiſione: cõfir
matione:cõfutatione: & cõ
cluſione. Variare & diſtin
guere.i.fingere: & ornare.
nam exornationes uerboꝝ
& ſententiaꝝ uerſicolorem
picturã imitant̄. Verboꝝ:
ſ.exornationes:quæ uerbo
rũ & ſentētiarũ ſunt. Verbo
rũ:ad id qđ dixit uariare.
Sententiaꝝ: ad id qđ dixit
diſtinguere. Via.i. ratione
Virg. Fata uiam inueniēt.i.
rationē. Ab hac arte.ſ.rhe
torica. Argumentoꝝ:pro
pter inuentionē. Inuētio.n.
ē rerũ uerarũ:ac ueriſimiliũ
Deſcriptionis:Sũt qui ita
intelligãt locoꝝ diſpoſitio
nis:ut tres partes rhetoricæ
facultatis tetigerit.ſ. elocuti
onē:inuētionē:& diſpoſitio
nē:qua diſponimus & ordi
namus res inuētas:ut ſuo q̄
q; loco apte ꝓnũciet:ſed ſine dubio totũ hoc hiſtoriæ cõuenit. Quod ipſe Cicero haud multo poſt
declarat qũ dicit rerũ ratio tempoꝝ ordinē cõſiderat:& regionũ deſcriptionem. Hoc.ſ.qđ docet
rhetorica. Alienũ:alius cuiuſpiam artis. Eſſe cõe.i.ipſi cũ alia arte conuenire. Sed ſi:Nũc id effi
cit:qđ intēdit ſicut ĩ argumēto diximus. Hæc etiã neq; aliena ē:neq; alicui arti cõis p̄cæptio dicendi
ergo ĩ rhetorica facultate uerſat̄:ſed ſi uerſat̄:iã cæteri artifices:ſiqd bene locuti ſũt:qđ oratoris ē ꝓ
priũ effecerũt:hoc aũt dicit:ut rñdeat illi obiectioni:nõ ſi mathematicos grãmaticos &c. In hac.ſ.
facultate rhetorica. Rõ.i.ars. Doctrina.i.facultas: q̄ ex arte ꝓficiſcit̄. Huius unius.ſ.facultatis.
Siqui.ſ.artifices periti docti aliarũ artiũ. Sed ut orator:ſenſus ē:Quēadmodũ inqt orator cæte
ras artes ſua:ita ſuas artes cæteri artifices facultate rhetorica exornãt. Eas.ſ.artes. Cognouit.ſ.ab
his:qui eas artes ꝓfitētur optime. Põt dicere:qa hoc idē Craſſus diſputauit. Homines.ſ.eruditi.
Illa ſua:quæ didicerũt. Siqd ab hac arte.ſ.rhetorica facultate. Neq;.n.ſi de rebus ruſticis: Ecce
qđ ab initio dixit:ꝙ etiã ſi alii bene locuti ſũt de artibus ſuis:tamē qđ eſt ꝓpriũ oratoris:effecerũt.
De rebus ruſticis:de agricultura:ut Lucius columella:Cato:& Varro:qui oēs de agricultura ele
gãtiſſime ſcripſerũt. Id qđ.ſ.fecerũt. Diſerte:acute:explicite:& dilucide. De morbis:ut Corne
lius celſus. Si de pingēdo pictor:ut appelles:qui teſte Pli.in naturali hiſtoria tradit:olympiade cē
teſima.xii.picturæ plura ſolus ꝓpe:q̄ cæteri oēs cõtulit:uoluminibus etiã editis quæ doctrinã eam
cõtinerent. Dixerit.ſ.nõ ſolũ uiua uoce:ſed litteris etiã mandauerit. Ingeniis.i.quia hoīes multa
ſuopte ĩgenio ꝑcipiũt. Senſus ē:hoīes ꝑ acritate ingenii id cõmodi ex rhetorica facultate capiũt:ut
artes quas nunq̄ didicerint:eas tamē ſcire quodãmodo uideant̄. In qua.ſ.eloquētia. Eo.i.ideo.
Vis.i.uirtus:quia multa ſuopte ingenio cõſequũtur. Doctrina:illarũ artiũ. Generũ: ut philoſo
phiæ. Aut artiũ:quæ ex ipſo genere manãt:cuius tria ſũt genera:ut phyſices:æthices: & logices:
ab æthica:politica.œconomica:& monaſtica.nam illa quidē genus ē:ſed regere ciuitatē: & guber
nare rem familiarē artes ſũt. Sed qđ cuiq; ꝓprium:ſenſus talis eſt:Omniũ artiũ ꝓprietas ex ſuo fi
ne ꝓficiſcitur:ſed rhetorica facultas hoc amplius:nã cætere artes ſine eloquētia ſuũ munus explēt:
at rhetorica ſine eloquētia ſuũ nomē retinere nõ põt. Propriũ.i.omniũ artiũ ꝓprietatē:uidelicet
quid ſit cuiuſq; artis officiũ.nam unaquæq; ars ſuũ habet officiũ:ut uerbi gratia: Medici eſt officiũ

curare apposite ad ſanandũ. At oratoris ꝓprium eſt apposite dicere ad perſuadendũ: & qđ ꝓpriũ eſt medici fieri pōt ſine eloquẽtia: ſed qđ eſt oratoris: ſine eloquẽtia non poteſt ex fine ipſius artis. nam cognito ipſius artis fine: tũc deniq; cognoſcitur officiũ: ſine fine artis cognoſci nõ poteſt: ergo recte finis ab ipſo officio ducitur: & officiũ a fine: ut medici officiũ ē apposite ſanare: ſed medicinæ finis eſt curatione ſanare: pari ratione oratoris officiũ eſt dicere apposite ad perſuadendũ: finis aũt rhetoricæ facultatis eſt dictione pſuadere. Quid quæq; doceāt. ſ. quid ſit finis cuiuſq; artis. Mu/nus. i. ſuum officiũ explent.

& ſi ex eo iudicari pōt: qũ uideris: qd quæq; doceāt: tamen hoc certius eẽ nihil pōt: q̃ ꝗ oẽs artes aliæ ſine eloq̃ntia ſuũ munus præſtare poſſunt: orator ſine ea ſuũ nomẽ obtinere nõ pōt: ut cæteri ſi diſerti ſint: aliqd ab hoc habeāt: hic niſi domeſticis ſe ĩſtruxerit copiis: aliũde dicẽdi copiā petere nõ poſſit. Tũ Catullus: Etſi inqt Antoni mĩme ĩpediẽdus ẽ ĩterpellatõe iſte curſus oratõnis tuæ: patiere tñ: mihiq; ignoſces. Nõ. n. poſſũ qn exclamẽ: ut ait ille ĩ trinũmo: ita uĩ oratoris mihi qũ exp̃mere ſubtiliter uiſus es: tũ laudare copioſiſſĩe. Quod q̃dẽ eloquẽtẽ uel optime facere oportet: ut eloquẽtiā laudet: debet enĩ ad eā laudādā ipſā illā adhibere: quā laudat. Sed pge porro: tibi. n. aſſẽtior: ueſtrũ eẽ hoc totũ diſerte dicere: idq; ſiqs ĩ alia re faciat: eũ aſſũpto aliunde uti bono nõ ꝓprio: nec ſuo. At Craſſus: Nox te inqt nobis Antoni expoliuit: hominẽq; reddidit: nā heſterno ſermone uniuſcuiuſq; opis: ut ait Cecilius: remigẽ aliquẽ: aut baiulũ nobis oratorẽ d̃ſcp̃ſeras: ĩopẽ quẽdā humanitatis: atq; ĩurbanũ. Tũ. M. Antonius: Heri. n. ĩqt hoc mihi ꝓpoſuerā: ut ſi te reuelliſſẽ hos abs te diſcipu

Orator. i. orator ſine eloquẽtia ſuum nomẽ retinere nõ pōt: ex quo ſeqtur ut cæteri artifices ab oratoribus: non ergo a cæteris artibus orator dicere diſcat. Hic. ſ. orator. Domeſticis copiis. i. ſuis ipſius dicẽdi præcæptis: quæ rhetorica facultas ſũminiſtrat. Tum Catullus: In hoc ſermone Catullus admirat̃ Antoniũ: quænam ille de laude oratoris dixerit: & ſimul ei aſſẽtitur: bene dicere ꝓpriũ eẽ oratoris munus. Deinde Craſſus iocabũdus concludit ꝗ Antonius uno noctis curricl'o orator mitior factus ſit q̃ ſolebat. dicit autẽ Catullus: tāta uis ẽ orationis tuæ: & ita elegāter eloquentiā laudas ut nemo hāc tuæ orationis continuationẽ impedire debeat. Ego tamẽ nõ poſſum me cõtinere præ nimia læticia: ut plautus ille in trinumo. Nõ enim poſſũ. ſ. me cõtinere. Curſus: cõtinuatio. Interpellatione: interruptione. Ignoſces. ſ. ſi te ĩterpellauero. Ille. ſ. Plautus. Patiere: quia præ læticia me cõtinere nõ poſſum: quin exclamem ſimul admirās: quænam de ui: ac laude oratoria a te. dicta ſunt præſtātiſſime. Qum. i. partim. Vim. i. uehementiā: & uirtutẽ. Subtiliter. i. diſerte. Copioſiſſime. i. & ſubtilitate: & copia uſus es in laudādo oratorẽ. Quod: uidelicet laudare eloquentiā. Vel: pro etiā. Optime: nõ mediocriter: ſed optime. nam ſi eloquentis eſt laudare quẽ uoluerit: quāto magis eſt laudare ipſā eloquentiā. & cõtinuo reddit rationẽ: qum eā aſſecutus ſis: ut alios optimos laudare poſſis. Debet enim ad eā laudandā: Ecce ratio. debet enim ad eā laudem illā ipſam adhibere quā laudat: ut cũ eloquẽtia laudet: eloquentiā laudare non debet nec pōt.

Sed perge: In p̄ma parte dialogi admiratur Antonius: ꝗ præclare dixit de ui oratoris: nunc uero ſe ei aſſentire dicit: bene dicere eſſe ꝓprium oratoris. Perge: pſequere: & pſeuera: ut Virgil. O dea: ſi p̄ma repetẽs ab origine pergā. Porro: deinde. Veſtrum. ſ. oratoris. Diſerte: acute & dilucide. Idq;: ut bene loquatur. In alia arte faciat: ut ſiquis in aliqua arte bene locutus fuerit: nõ ſuũ eẽt: ſed aliũde ſumptũ. ſ. a facultate rhetorica. Alia arte: in grāmatica: dialectica: arithmetica: aſtrologia. Aliunde. ſ. a facultate rhetorica. Nec ꝓprio nec ſuo. i. nec ſibi nec arti ſuæ accõmodato. Et Craſſus: Craſſus hic iocabũdus reſpondet Antonio. Nox: ideſt ſpatium noctis. Expoliit: erudiit. Hominẽ. i. humanũ: quia antea te horridũ reddebas nobis: & aſperũ: qui eum operariũ dicebas. Heſterno ſermone. i. heſterna diſputatione. Vniuſcuiuſq; operis. i. laboris: quia deſcripſeras nobis oratorẽ tanq̃ remigem: & uectorẽ: qui operā dat ꝓ pecunia: & qui onera uehenda mercede ſuſcipit: ergo ut inquit operarii: & remiges onera uehẽda mercede ſuſcipiũt: ita etiā oratorẽ dicebas. Baiulum. i. uehectorẽ: qui humeris onera portat. Humanitatis. i. diſciplinæ: quia uolebāt tantũmodo oratoris officiũ in uſu quotidiano eẽ. Inurbanũ. i. agreſtẽ: & inſulſum. Tum. M. Antonius: O Craſſe nõ intellexiſti cur ea uſus fuerim oratione aduerſus te: ego. n. id agebā: ut orationẽ tuā refellerẽ: & hos diſcipulos a te alienarẽ. Hos abs te diſcipulos. ſ. Cottā & Sulpitiũ: & ꝓ iocũ

los abducerē: nuc Catullo audiēte & cæſare: uideor debere nō tā pugnare tecū: q̄ qđ ipſe ſentiā dicere. Seqꝛ igiꝛ quoniā nobis ē hic de quo loqmur: ī foro: aut ī oculis ciuium cōſtituēdus: ut uideamus: qd ei negocii demus cuiq; eū muneri uelimus eē præpoſitū. Nā Craſſus heri qū uos Catulle & cæſar nō adeſſetis: poſuit breuiter ī artis diſtributiōe: idē qđ græci plæriq; poſuerunt: neq; ſane qd ipſe ſētiret: ſed qd ab his diceret oſtēdit. Duo ꝑma genera q̄ſtionū eē: ī qbus eloquētia uerſareꝛ: unum infinitū: alteꝝ certū. Infinitum mihi uideꝛ id dicere: in quo aliqd generatim q̄rereꝛ hoc modo: expetēda ne eēt eloquētia? expetēdi ne honores? Certū aūt ī quo qd ī pſōis & cōſtituta re: & definita q̄reretur: cuiuſmodi ſūt: quæ in foro atq; in ciuium cauſis: diſceptationibuſq; uerſantur. Ea mihi uidentur: aut in lite ordinanda: aut in conſilio dando eſſe poſita. Nam illud tertium quod a Craſſo tactum eſt: & ut audio: ille ipſe Ariſtoteles

diſcipulos Craſſi appellat. Abducerē: alienarē: ut Virg. Iam pridem a me illos abducere Theſtilis orat. Nūc: Sed nūc quia acceſſerūt ad hāc diſputationē audiendā. & Catullus: & Cæſar: qui & ipſi eruditiſſimi ſūt: nō agendū mihi exiſtimo: ut tibi contradicā: ſed ut meā de hac facultate ſentētiā explicem. Catullo & Cæſare. ſ. doctiſſimis uiris. Sequitur igitur: Quādoquidem ꝓbauimus hanc nō artem ꝓprie dici: ſed ſemiplenū quoddā artificiū: deinde oſtēdimus hanc facultatē cæteris artibus eē anteponendā: ſequitur ut de oratoris officio loquamur: & eſt tertium caput huius tractatus: qđ uidelicet in iuridiciali: & deliberatiuo genere cauſarū uerſaꝛ: & quare nulla ſint in demonſtratiuo genere ꝑcæpta neceſſario dāda. In foro: apud iudices. In oculis ciuiū. ſ. in ſenatu & cōcione. Quid negocii. i. q̄ materia ſit illius. Muneri: id eſt qđ officium eius ſit. ſ. appoſite dicere ad perſuadendū. Heri: heſterna diſputatione: cuius partes fuerunt Craſſi. Diſtributione: diuiſione artis. Quid ipſe ſētiret. i. quæ ſua ſentētia eſſet nūquid laudaret: an uituperaret? Ab his. ſ. rhetoribus Neq; ſane: Et nihil me fefellit Craſſus: ꝙ aliter ſentiret: & aliter diceret: qum diuiſit materiā in duplicem. ſ. theſim: & hypotheſim. Duo prima genera. i. unū infinitum: & unū certū: & mira quædā copia Ciceronis ē nā idē ſæpe aliis atq; aliis uerbis dicit. Infinitū: uidelicet ꝙ in duplici qōne materia uerſaꝛ. ſ. theſi & hypotheſi. nā theſis eſt quæſtio ſine circūſtantiis: quā dialectica tractat. Hypotheſis: ē quæſtio cū circūſtantiis: quā rhetorica cōſiderat. Infinitū: theſim infinitū appellat: in qua nullæ circūſtantiæ ſūt locoꝝ: rerū: & perſonarū: ut quis. i. pſona. quid. i. quæ res. ubi: locus: in quo loco res geſta ſit. qbus auxiliis: qum cōſiderantur auxilia. quomodo: qua occaſione: quæ quotiēs nō uenerint ī qōne uel oia: uel aliqua earū: infinitū eſt. Generatim: qa quæſtionū aliæ ſūt indiuiduæ: aliæ ſpeciales. Inter generaliter & generatim hoc intereſt: qa generaliter ē: qum dicimus uniuerſaliter. generatim: qū p ſingulū genus de aliqua re loqmur: ut uerbi gratia: Nūquid oratori expetēda eēt eloquētia? iā eēt q̄ſtio ſpālis: nō īdiuidua: ſiqs diceret: expetēda ne ſit Scipioni? tūc erit finita. Expetēdi: Hic nec pſonæ: nec rei circūſtātiæ ſūt. nam honoꝝ: alii ſūt cōſulatus: alii cēſuræ. ſed ſi dixiſſet: expetēdi ne Scipioni ſūt houores cōſulatuſ? dixiſſet & rē & pſonā. Certū: qōnem hypotheſim. In quo qd ī pſonis Hic oſtēdit cauſā: uidelicet hypotheſim duplicē eē: ſpālem: & indiuiduā: quēadmodū dicebā: ut ſi q̄reretur: utrū uiro forti petēdus ſit honoſ? cauſa cōſtituta ē: ſed nō diffinita. cōſtituta ē cauſa: quia honos: & uir fortis habēt in ſe pſonā: & rē incluſā: ſed incertā. Quod ſi dicā: an cōſulatus ē petēdus Scipioni? tūc eā diffiniero: & ſupradicta ſpecialis: hæc uero īdiuidua diciꝛ. In pſonis. ſ. Scipioni. In re: cōſulatus. In foro: quantū ad iudiciale genus cauſaꝝ. i. in forēſibus cauſis: q̄ agūtur a ciuibus. Diſcæptationibuſq;: Hoc ptinet ad deliberatiuū genus cauſaꝝ: qa ī ſenatu ſniæ dicunꝛ diuerſæ inter eos: q de aliqua re diſſentiūt. Ea: quæ ptinēt ad cauſas & deliberatiuū genus. Ordinā da: īſtituenda cōtrouerſia. Inſtātis. i. accuſātis. Deprecātis. i. defendētis. In cōſilio: qđ eſt ꝓpriū deliberatiui generis: cōſulere enim ē in cōſuetudine ſuadētis: & diſſuadētis. Nam illđ tertiū: Nūc quaſi rōnem reddit Antonius: cur duo tm̄modo genera cauſarū poſuerit: qbus oīs materia: ſiue qō formaꝛ hāc qōnem. ſ. infinitā: & certā: ut ſupius uidiſtis: tria illa genera informāt. ſ. demōſtratiuū: deliberatiuū: & iudiciale. Sed qa Antonius duas ſpēs tm̄mō ꝓpoſuerat: nūc reddti rōnē cur tertiā nō adiūxit ſ. demōſtratiuū. Illud tertiū: uidelicet demōſtratiuū: ſicut poſtea ipſe declarabit īterrogāte Catullo. Vt audio: Semp ī eo pſiſtit: ut oſtēdat Antonius nō legiſſe philoſophos: iō dixit ut audio. Extat libꝝ rhetoricæ Ariſtotelis: nā qū athenis Ariſtoteles philoſophareꝛ: Iſocrateſ aūt rhetoricā doceret: & maior diſcipuloꝝ numerus ad Iſocratē cōcurreret: iuidia motus cœpit de eloquentia: & arte

rhetorica ſcribere. Hæc:pcæpta rhetoricæ artis. Illuſtrauit.ſ.ſcribẽdo. Minus neceſſariũ: quã iudiciale:& deliberatiuũ. Quidnã.ſ.ẽ illud tertiũ qđ dicis. Laudationes.ſ.demonſtratiuũ genus in quo laudationes tractãtur. Ita inqt Antonius:Reſpõdet Antonius illud eẽ:& nũc dicit:q̃re minus neceſſariũ eẽ uideatur illud genus:& illa duo ſufficiãt ad orationẽ informandã:nec tamẽ negauerim inqt:quin laudatio ſit tractãda. In eo genere.ſ.laudis.Qum i funere matrẽ noſtrã o Catulle laudaſti:& qum ego:& cæteri oẽs:qui affuerunt:te laudantẽ audiuerimus:magnope delectati ſumus. Affuerũt.ſ.exequiis.

qui hæc maxime illuſtrauit adiũxit:etiã ſi opus ẽ:tamẽ minus ẽ neceſſariũ.Quidnã inqt Catullus an laudationes:id enim uideo poni genus tertiũ.Ita iqt Antonius:& in eo quidẽ genere ſcio & me:& oẽs qui affuerũt delectatos eẽ uehemẽter:qum abs te ẽ Popilia mater ueſtra laudata:cui primũ mulieri hũc honorẽ in noſtra ciuitate tributũ puto.Sed nõ oĩa quæcũq; loqmur:mihi uidẽtur ad artẽ & præcæpta eẽ reuocãda. Ex his enim fõtibus unde omnia ornate dicẽdi præcæpta ſumũtur:licebit etiã laudationẽ ornare:neq; illa elemẽta deſiderare: quæ ut nemo tradat:qs ẽ:q neſciat:quæ ſint ĩ hoĩe laudãda?Poſitis.n.iis rebus quas Craſſus ĩ illius orationis ſuæ:quã cõtra collegã cẽſor habuit:pncipio dixit:q̃ natura aut fortuna darent hoĩbus ĩ his rebus ſe uinci poſſe aĩo æquo pati:q̃ ipſi ſibi hoĩes parare poſſẽt:in iis rebus ſe pati uĩci nõ poſſe.Qui laudabit quẽpiã: ĩtelliget exponẽda ſibi eẽ fortunæ bona:ea ſũt:gñis:pecuniæ: ppinquoꝝ amicoꝝ:opũ ualitudinis:formæ:uiriũ:ĩgenii cæterarũq; rerum quæ ſunt aut corporis:aut extraneæ:

Hunc honorem:laudatio nũ in funere: quia pma fuit Popilia:quæ laudationẽ in funere habuit. Sed nõ oĩa Ratio hæc ẽ:quæ me adducit:ut tertium genuſ addere nolim:q uidelicet non oĩa: quæ ab oratore tractantur: ſũt reuocãda ad artẽ rhetoricã.multa enim per ſe orator cõſequi poteſt ſine rhetoricæ artis præcæptione. Sine arte & præceptis. i. ſine præceptis artis: endiadis eſt. His fontibus: Quia ſiquo modo elocutõ fiat dicerimus:multa ſunt:quæ iiſdẽ fontibus elocutionis ſine aliis præcæptis exornare poterimus.Elocutiõis.n. tres partes ſũt:elegantia:cõpoſitio.dignitas. Ex qbus ſ.cõpoſitione:elegantia: & dignitate. Licebit ẽt: ut ex his fõtibus exornemus etiã laudationes:ut ,ppterea nõ debeamus hoc q̃ſi quoddã genus a cæteris ſeparare. Elemẽta:pncipia. Quis ẽ q neſciat?breuiter oĩa pcurrit: quæ ſũt quaſi quædã ſemina:& pncipia laudãdi. Quæ natura:aut fortuna: Verba Craſſi:qbus uſus ẽ in oratiõe cõtra collegã.Cn.domitiũ:cũ quo cenſor fuerat.Nam orta inter eos altercatione obiecit Domitius Craſſo:q hymetias colũnas ĩ porticu domus habuerit:quẽ qũ continuo Craſſus:q̃ti ipſe domũ ſuã æſtimaret iterrogaret:atq; ut rñdit ſexagies ſextertio:q̃to eã minore fœnore æſtimas:ſi decẽ arbuſculas ide ſuccidero:ipſe tricies ſextertio inquit Domitius.Tũc Craſſus:uter igit luxurioſior eſt: ego ne:q decẽ colũnas cẽtũmilibus nũmũ emi?an tu q decẽ arbuſcularũ umbrã tricies ſextertiũ ſumma compẽſas? Quæ uero hoc in exordio poſuit Craſſus:ac ſi diceret de his rebus: quæ natura uel fortuna parãtur:pati æquo aĩo poſſũ:me ſupari a Domitio.i.ĩ rebus naturalibus & fortuitis:in rebus aũt aĩ nõ patiar. Natura darent:ut bona corpis cõmoda uidelicet & incõmoda:ut robur:uelocitas:ualitudo dignitas:hiſq; cõtraria. Fortuna:q̃ externa bona appellant:ut educatio:diuitiæ:ptãtes:ciuitates:pecuniæ:& cætera eiuſmodi.hæc.n.ſũt fortunæ potius:q̃ uirtutis:nec ſi qſpiã ea minus cõſecutus fuerit:uituperãdus ẽ.Neq;.n.induſtria:aut uirtute:ſed fortuna cõparant.In his uero ſ.i bonis aĩ:q̃ cõſilio & rõne cõſtãt:ut prudẽtia:iuſticia:fortitudĩe:& tẽperãtia:& cætera huiuſmodi In his rebus.ſ.naturæ:& fortunæ:i qbus ſe uinci pati poſſe dicebat Craſſus. In iis rebus.ſ.aĩ: in qbus dicebat ſe uinci pati nõ poſſe:facile inueniãtur ſemina. Qui laudabit:Nã duo gña ſũt bonoꝝ ex qbus laudes ducũtur:ſicut totidẽ:qbus ecõtrario uituperationes ſumũtur. Vnum bonoꝝ:qđ ad animũ ptinet:alterũ ad corpus:ut uires:uelocitas:dignitas:& quæ ſũt cõtraria his:ut ĩbecillitas: deformitas:tarditas:quæ ,ppterea appellant corporis:eo q nobiſcũ ſũt.Bona aũt externa dicuntur q̃ nec ad animũ:nec ad corpus ptinẽt:q ĩ fortunæ poteſtate poſita ſũt. Generis:qbus maioribus natus ſit. Pecuniæ:pauper: an diues. Propinquoꝝ: Vtrũ ,ppinquis abundet:an careat quantũ ad nobilitatẽ:uel iguobilitatem. Amicoꝝ:quibus amicis utatur:bonis:an malis:quietis an ſeditioſis Opũ:utrũ opibus polleat:an ecõtra. Valitudĩs:utꝝ bone ualitudĩs:an ecõtra. Formæ:ad dignitatẽ ptinet corpis:formoſus:an ĩformis. Virium:robuſtus:an ĩfirmus. Ingenii:acuti:an obtuſi. Corpis:ut antea cõmemorauimus:uires:&c. Extraneæ:ut genus:,ppinq:amici:pecũiæ:& eiuſmõi

Si habuerit: Si laudare uoluerimus aliquē: qui hæc bona habuerit dicemus: his ſapiēter uſum fuiſſe. Si nō habuerit: dicemus æquo animo caruiſſe. ſi amiſerit: fortiter tuliſſe. ſed ſiquādo habuerit: & poſtea amiſerit: moderate tuliſſe: nā media: ſūt nec bona: nec mala: ſed ꝓ ratione utentis: ut diuitiæ nō ſūt malæ: ſed ratione utētis. nā ſiqs diuitias habuerit: & his bene & liberaliter uſus fuerit: bñ diſtribuēdo: laudabit̃. ſin autē ꝓfuſe: uituperabit̃. Moderate: cū moderatione. Deinde qd ſapienter Poſtq̄ de bonis externis: & corporis dixit: nūc de bonis animi loquit̃: deinde etiā bona aī laudabimus in eo: quē laudandū ſuſcæpimus. Bona aī: ſicut ſcitis: a q̄tuor fōtibus manāt: A prudētia: fortitudine: iuſticia: & tēperātia: & a partibus earū: quarū nōnulla Cicero ī ꝑſona Antonii declarat. Sapiēter: quantum ad prudētiā: quæ ē uirtutis ps: qa oīs uirtus: ī quatuor gña diuiditur. Liberaliter: ptinet ad continētiā: nam ſicut auaritia cōtraria ē tēperantiæ: & cōtinētiæ: ita etiam liberalitas. quēadmodū tēperantia obſiſtit auaritiæ. eodem modo de liberalitate ītelligimus. Fortiter: manifeſtū eſt ad fortitudinē pertinere. Iuſte: ad iuſticiam.

ſi habuerit bene his uſū: ſi nō habuerit ſapiēter caruiſſe ſi amiſerit moderate tuliſſe. Deinde qd ſapiēter is quē laudet: qd liberaliter: qd fortiter: qd iuſte: qd magnifice: qd pie: qd grate: qd humaniter: qd deniq; cū aliqua uirtute: aut fecerit: aut tulerit. Hæc & q̄ ſint eius gñis: facile uidebit q uolet laudare quēpiā: & uitupare cōtraria. Cur igit̃ dubitas inqt Catullus facere hoc tertiū genus: quoniā ineſt ī ratione rerū: nō enim ſi ē facilius: eo de numero quoq; ē excerpēdū. Quia nolo inquit oīa: q̄ cadūt aliquādo ī oratorē: q̄uis exigua ſint: ea ſic tractare: quaſi nihil poſſit dici ſine præcæptis ſuis. Nā & teſtimoniū ſæpe dicēdū ē: ac nōnunq̄ etiā accuratius: ut mihi neceſſe fuit ī Sex. Titiū ſeditioſū ciuē: & turbulentū

Magnifice: ad fortitudinē. Pie: ad iuſticiā pertinet. nam pietas & gratia in naturali iure continētur. Naturale ius diuiditur in pietatē: religionē: gratiā: & uindicationē: & reliqua. Humaniter: ad iuſticiā pertinet. Fecerit: aliarū uirtutū eſt. Tulerit: magis fortitudinis eſt. Fortitudo enim in ſuas partes diuiditur: in fiduciā: patiētiā: perſeuerantiā: & cætera. Hæc & quæ ſint: Nūc quaſi cōcludit quandoquidē hæc ipſa per ſe ultro ſe offerūt laudare uolēti: nō ſunt in aliquo genere ponenda: ne omnia: quæcūq; orator dixerit: ſub rhetoricæ præcæptis cohercere uelimus. Laudare: laudanda.

Et uituperare: uituperāda. Cur igitur Catullus? Quādoquidē inquit Catullus: tu quoq; Antoni fateris hæc: quæ ad laudē ꝑtinent: accidere poſſe oratori: ut tractāda ſint: tāetſi dicis eē minora illis duobus: cur nō etiam hoc in ipſis generibus ponendū eſſe cenſes? Reſpondet Antonius: multa eē ī oratore: quæ nō tamen præcæptis ullis cōtinentur. Ita etiā in demonſtratiuo genere dicā: quando accidere poteſt: ut aliquis uituperādus ſit: uel laudādus. Quoniā ineſt in rōne. i. quia ī numero & ordine rerū dicendarū ab oratore cōtinetur. Hoc tertiū. ſ. demonſtratiuū. Nō enim: Hæc ratio redditur a Catullo: cur nō ſit tollendū: ſi nullam aliā rationē habes: ꝗ hoc cæteris nō annumeres: qd̃ facile eſt: nō mihi ratio ſatis ualida uidetur. Eo. i. ideo. Si ē facilius. ſ. reliquis generibus. Excerpēdum: tollēdum. De numero. ſ. generum. Quia nolo inquit: Reſpondet Antonius: rō hæc eſt: cur nolim hoc qd̃ pertinet ad uituperationē: & laudationē: cæteris generibus annumerari: qa omnia quæ poſſuut accidere oratori: ut peragēda ſint: nō debent quaſi ꝓpriis præcæptis indigeāt in facultate rhetoricæ artis inſeri: qa ab aliis generibus uenire poſſunt. & ad anguſtū nimis omnia redigerentur: ſi nihil cuiq;: niſi præcæptis ꝓpriis: dicere liceret. Quæ cadunt. i. incidūt dicēda oratori. quēadmodum inquit omnia quæ dicūtur pene infinita ſunt: ſi unicuiq; ſua præcæpta eēnt tradenda: ſequeretur ut etiam præcæpta eēnt infinita. Suis præcæptis. i. cuiuſq; rei ꝓpriis: hoc eēt nimis cohercere oratorē: ut nihil diceret: niſi ꝓpoſitis cuiuſq; rei præcæptis. Nam & teſtimoniū: Multa cōmemorat: quæ Catullus his anuumerauerat. Mihi neceſſe fuit in Sextū Titium: Ecce ꝓbat exemplo: non omnia præcæptis propriis eſſe inſtruenda. nam ſæpe contingere poteſt: ut oratori ſit dicendum teſtimonium: pro uerbis eius neceſſe eſt ut præcæpta tradantur teſtimonii. Ergo pari ratione nec demonſtratiuum genus præcæptis ſuis uidetur mihi indigere. Accuratius: diligētius: & exquiſitius. Vt mihi etiam: ideſt quāuis demonſtratiuum genus ſit reliquis generibus facilius: tamen non eſt excerpendum. ad illud reſpicit: quia ſi hoc fateremur: infinita eſſent præcæpta: quæ in rerum numero poſita ſunt. *In Sextum Titium* ſeditioſum ciuem: ob legem agrariam: ī tribunatu ſuo latam: ob quam rem populo gratioſus erat: ſed tamen imago ſaturnini in domo eius inuenta ita uniuerſam concionem in eum exacerbauit: ut ſuffragiis omnium opprimeretur. *Seditioſum*: ſeditiones mouentem: quia illecebris legis agrariæ uniuerſum populum aduerſus ſenatum incitabat. Turbulentum: ideſt populi animum miſcentem: hoc eſt turbas cientem.

Quibus.ſ.cõſiliis. Pro rep.i.ꝑ utilitatẽ reip. Contra rempu.quia nõ pro utilitate cõmuni: ſed ꝑ priuatis opibus id faceret. Diu retẽtus ſum.ſ.a ſenatu:aut in diſputatione. Multa audiui:ab interrogãtibus:uel cõtradicẽtibus. Multa reſpõdi:ſicut fieri ſolet:qum teſtes examinãtur. Reſpõdi:Ecce quãobrẽ exemplũ ſuiipſius poſuit:cur dixerit accurate:quia accidere põt:ut oratori dicendũ ſit teſtimoniũ:ergo præcæptũ teſtimonii tradere oportet. Præcipias:præcæpta des de eloquẽtia. In arte:quaſi teſtimonia in arte cõtineantur. Quid.ſ.dicis o Catulle đ mãdatis legatoꝝ:quoties ipſi a ſenatu: populoq; ro.aut ad ĩperatorẽ: aut ad regẽ:aut ad populũ aliquẽ mittũtur:aut ecõtrario: nũquid etiã de mãdatiſ præcæpta tradũtur:ut de his quæ dicturi ſũt præcæpta accipiant? nõ ſane. Siqd ſæpe ſũmis uiris:qa legatiõibus ꝑficiunt uiri auctoritate dignissimi. Imperatore.i.duce exercitus. Ad regẽ:contra quẽ bellum gerat: ut ad Mithridatẽ:antiochũ & pruſiã Ad populũ:ut Atheniẽſẽ: & Carthaginẽſẽ:q & ipi aliquãdo rerũ potiti ſũt. Hoc genere.ſ.exponẽdoꝝ mandatoꝝ. Accuratiore: diligẽtiore:& exqſitiore. Etiã pars hæc cauſarũ.ſ.mãdatorum:ut dicamus:uerbi gratia:mandatiuũ genus cauſarum. Propriis:ut propria præcæpta tradãtur. Minime uero:Reſpõdet Catullus:qa poterit orator ĩ eiuſmodi cauſis:ſiue teſtimonium:ſiue mãdata exponẽda fuerint:facultatẽ habere.nã orator ex cæteris generibus cauſarum præcæpta habebit parata: ut mandata inſtruere poſſit. In eiuſmodi rebus.i.ĩ teſtimoniis:& legationibus. Inſtruẽda:munienda. Ex cæteris rebus.i.ex cæteris generibus cauſarũ. Cæteris:quæ ab aliis generibus accipiũtur. Ergo itẽ inquit:Nunc concludit a ſimili Antonius:Poſtq̃ ꝓbauit multa eſſe:quæ nõ indigent propriis præcæptis:ergo ĩquit de laude:& uituperatione dicemus:nõ eſſe cauſam:cur hoc genus in cæteris annumeres. Quæ agẽda:uidelicet laudationis:& uituperationis eẽ. Oratoris eſſe:quæ ad oratorẽ pertinet. In diuiſione.i.in ſpeciebus rhetoricæ:nam partes ꝑ ſpeciebus poſuit:ut qum dicimus pars ſeqtur ſuũ genus: ita etiã ſpecies ſequitur ſuũ genus:ut animal genus ẽ:ſpecies eſt homo:quicquid eſt animalis: eſt & ſpeciei:nam ſpecies & pars:nullã ferme differentiã habent. Partiũ:ſpecierũ:eædem dicũtur genera cauſarũ:ꝙ omnis cauſa ſub uno genere cauſarũ cadat neceſſe eſt.ſpecies & genera dicũtur: quia ſicuti dialectici docẽt:aliud eſt ſpecies ſpecialiſſima:& ſpecies ſubalterna.Rurſus:aliud ẽ genus generaliſſimũ:aliud genus ſubalternũ.Nam ſpecies ſpecialiſſima genus eſſe nõ poteſt.Itẽ genus generaliſſimũ:nõ poteſt eſſe ſpecies:ut ens.ens autẽ ſub nullo ponitur;qđ omnia cõtineat:& a nullo cõtineatur.animal:ſi reſpicias hominẽ:bouẽ:& leonẽ:genus eſt.idem partes appellari poſſunt: ſupra dicta ratione:ſed nõ eſt genus generaliſſimũ:ut ſi dicam:Animal eſt ſubſtãtia animata: hic animal ſpecies ſubſtantiæ.Deinde ſunt genera:ſed nõ generaliſſima.nam ſi cauſas cõſideraueris: recte dicentur genera:quibus cauſæ ſubiiciuntur:quia omnis cauſa:ſiue ĩdiuidua:ſiue ſpecialis ſit: ſub uno hoꝝ genere cadat:neceſſe ẽ eædẽ ſpecies erũt rhetoricæ:quia facultas eſt genus. Partium.i. ſpecierum:quia in diuiſione nõ eſt ponẽda ſpecies:in qua laus cõtineatur. Non minus diſerte:acute: & ornate. Quã q̃ ĩ lite.i.in iudiciali genere cauſaꝝ:ſiue ĩ deliberatiuo. Obiurgatio:cohortatio:cõſolatio:obiurgare ĩprobos:laudare bonos:cohortari ad uirtutẽ:deterrere a uitiis:uel dolorẽ cõſolãdo lenire:altioris cuiuſdã ſentẽtiæ ẽ:q̃ rhetoricæ:qđ ad philoſophiã moralẽ.i.ad æthicã ꝑtinet. Obiurgatio:a uitiis deterrẽdo. Cohortatio:ad uirtutẽ incitãdo. Cõſolatio:dolorem leuando.

in eo teſtimoniũ explicaui:dicẽdo oĩa cõſilia cõſulatus mei:quibus illo tribunoplæbis ꝑ republica reſtitiſſem: quæq; ab eo cõtra rẽpublicam facta arbitrarer: expoſui diu retẽtus ſum:multa audiui:multa reſpõdi. Nũ igit placet:qũ de eloquẽtia præcipias:aliqd etiã de teſtimoniis dicẽdis:quaſi in arte tradere? Nihil ſane inquit Catullus neceſſe ẽ. Quid ſiquid ſæpe ſũmis uiris accidit: mãdata ſint exponẽda;aut ĩ ſenatu ab ĩperatore:aut ad imperatorẽ:aut ad regẽ:aut ad populũ aliquẽ a ſenatu Nũ quia hoc gñe orationis in huiuſmodi cauſis accuratiore ẽ utendũ: iccirco etiã pars hæc cauſaꝝ numeranda uidetur:aut propriis inſtruẽda præcæptis? Minime uero inquit Catullus. Nõ enĩ deerit homini diſerto ĩ eiuſmodi rebus facultas ex cæteris rebus & cauſis cõparata. Ergo itẽ inquit illa quæ ſæpe diſerte agẽda ſũt:& q̃ ego pauloante qum eloquẽtiã laudarẽ:dixi oratoris eẽ:neq; habẽt ſuũ locũ ullũ ĩ diuiſiõe partiũ: neq; certũ præcæptoꝝ genus: & agẽda ſũt nõ minus diſerte:q̃ quæ ĩ lite dicuntur:obiurgatio:cohortatio:cõſolatio:quoꝝ nihil eſt:quod non ſũma dicendi ornamenta deſideret; ſed

Præcæpta.ſ.rhetoricæ facultatis.Præcæpta:ꝓprie intellige:q̄a nõ ſua ꝓpria ad eas res accõmodari debẽt p̄cæpta:ſed quæ ex aliis generibus cauſarũ ſumũtur.Rhetorica aũt tota ẽ ĩ generibus ſuis:ergo ſpẽs rhetoricæ artis eſt. Ex artificio.i.a rhetorica. Plane inq̄t Catullus: Hactenus docuit Antonius:nec teſtimonia:nec legationẽ:nec cohortationẽ:nec obiurgationẽ: nec cõſolationẽ ꝓp̄a habere p̄cæpta:q̄bus tractari debeãt.Nũc quidẽ hoc de hiſtoria cõfirmat:nõ eẽ in tractãda hiſtoria ꝓp̄a rhetoricæ artis p̄cæpta. Age uero inq̄t:de hiſtoria inq̄t dicamus. Qualis.ſ.optimi. Et q̃ti: ac ſi diceret maximi:& cum admiratione potius q̃ interrogatiõe legendũ ẽ. Si ut græci:Catullus rñdet Antonio dicẽſ:O Antoni ſummi hominis ẽ ſcribere hiſtoriã. Si ut græci.ſ.ſi quæris quẽadmodũ græci ſcripſerunt: latini uero nõ ita. Sũmi.ſ. hominis eẽ ſcribere hiſtoriam. Si ut noſtri:Sed ſi q̃ris quẽadmodũ noſtri.ſ.romani ueteres hiſtoriæ ſcriptores res geſtas memoriæ tradiderũt.i.p̄mi q̄ priſco illo: & horrido dicendi mõ ſcripſere annales. Satis eſt nõ eſſe mendacẽ.i.uera ſcribere:quia ꝓprium eſt hiſtorici:nec falſa ſcribere: nec uera cõticere. Satis eſt ergo:ſiue neteres illos ſcp̄tores reſpiciamus:qui nõdum elimatiori ſtillo uſi ſũt: ſed priſco illo:& horrido modo. Atqui ne noſtros cõtemnas:Quia dixiſti o Catulle:ſi græcos reſpiciamus ſũmi hominis ẽ:ſi noſtros:nõ eẽ opus oratoris. Tibi dico nõ eẽ contẽnendos noſtros:quin græcos quoq; in eo numero habeas.nam quẽadmodũ priſci ſcriptores latini rudes fuerũt:itidem etiã in græcis ſcriptoribus repies. Sic: uidelicet nil artificioſe:nil elaborate. Vt noſter Cato:princeps portiæ familiæ:qui de originibus romanis libros ſcripſit:in quibus magna pars hiſtoriarũ romanarũ cõtinebat̃. Vt pictor ut Piſo:Hi oẽs uetuſtiſſimi fuerũt hiſtoriæ ſcriptores:quoꝝ teſtimonio frequẽter utitur Liuius. Annaliũ confectio i.nihil aliud erat:q̃ explicatio rerũ ſingulis annis geſtarũ:ubi nullæ rationes cõtinebantur:nec orationes arte habitæ:has græci χρωνικας uocãt.namo χρωνς græce:latine tẽpus:uel annus eſt. Inde χρωνικα.i.annales. Gellius libro.v.noct.att.hiſtoriã ab annalibus:ita quorũdam teſtimonio differre facit:q̄d qum utriuſq; ſit rerum geſtarum narratio:earũ tamen proprie rerum ſit hiſtoria: q̄bus gerendis interfuit is qui narret. Annales uero eſſe:qum res geſtæ pluriũ annorum obſeruato cuiuſq; anni ordine:deinceps cõponuntur. Sed clarius ea differẽtia cõcipitur ex Li.Sempronii Aſellionis primo oſtẽdentis:quid inter annales:& res geſtas interſit. Verũ inter eos inquit:qui annales relinquere uoluiſſent:& eos qui res geſtas a romanis perſcribere conati eſſent omniũ rerum hoc ĩter fuit. Annales libri tantũmodo q̄d factum quoquo anno geſtũue ſit demonſtrabant. Nobis non ſatis eſſe uideo q̄d factum eſſet:id ꝓnunciare:ſed & quo cõſilio:quaq; ratione geſta eſſent:& infra Aſellius. Nam neq; alacriores ad remp.defendendã:neq; ſegniores ad rem perperã faciundã annales libri cõmonere quicq̃ poſſunt. Cuius rei:Vis cognoſcere ita eſſe:ꝙ in ſcribenda hiſtoria nihil aliud requirebatur.cõprehendere poſſumus:quia hoc officiũ ſcribendi maximi pontificis fuit:poſtea uero diligentius ſcriptum eſt. Cuius rei:ſcilicet annalium. Memoriæ retinendæ cauſa: ideſt rerum publicarum. Ab initio:ideſt ab urbe condita:ex quo res romanæ græci cœptæ ſunt. Ad ſunt. Ad.C.Mutium:Nam a.C.Mutio cœperunt eſſe diligentiores in ſcribendis hiſtoriis. Res omnes ſingulorum annorum:declarat quid ſint annales. Efferebat:pro proferebat:ut Virgilius: Cœſtus pater extulit equos. In album:album proprie dicitur tabula:ubi populi romani ſcribebãtur actiones. Proponebat:ideſt in publicum proferebat:ut omnibus qui eam legere uellent pateret. Domi:ſcilicet pontificis. Cognoſcendi:ſcilicet res geſtas litteris demandatas. Hanc ſimilitudinem ſcribendi:Declarat quid dixerit maximi:quia nihilo expolitiores fuerũt uetuſtiſſimi græcorum ſcriptores. Nam & ipſi tantũmodo memoriæ mandabant hiſtorias:nec maiori arte ſcribebant. Hanc.ſ.pontificum. Ornamentis.i.exornationibus uerboꝝ:& ſententiarum. Monumẽta:hiſtorias:ut Virgilius:Tum genitor uoluens ueterum monumenta.i.hiſtorias. Hominum.i.a

ex artificio res iſte præcæpta nõ quærũt. Plane inq̄t Catullus aſſentior. Age uero inq̄t Antonius:qualis oratoris:& quãti hominis in dicẽdo putas eſſe hiſtoriã ſcribere:ſi ut græci ſcripſerũt: Sũmi ĩquit Catullus ſi ut noſtri:nihil opus ẽ oratore ſatis eſt:nõ eſſe mendacẽ. Atq; ne noſtros cõtemnas inquit Antonius:græci ipſi ſic initio ſcriptitarũt:ut noſter Cato:ut Pictor:ut Piſo. Erat enim hiſtoria nil aliud:niſi annaliũ cõfectio: cuius rei memoriæq; publicæ retinẽdæ cauſa:ab initio reꝝ romanarũ uſq; ad.P.Mutiũ pontificẽ maximũ:res oẽs ſingulorꝝ annorꝝ mãdabat litteris põtifex maximus: efferebatq; in albũ:& ꝓponebat tabulã domi:poteſtas ut eẽt populo cognoſcẽdi:hiq; nũc annales maximi nomĩant. Hãc ſimilitudinẽ ſcribẽdi multi ſecuti ſũt: q̄ ſine ullis

quibus res geſtæ fuiſſent:ut a Scipione cõtra Hãnibalem. Tempoꝝ:quãdo geſta ſũt.i.qbus cõſulibus tũc exiſtẽtibus. Locoꝝ:ubi res geſtæ ſint:an in Italia:an in Aphrica:ut Scipio in Aphrica bellũ geſſit. Rerũ geſtarũ.ſ.qd geſtũ ſit. Itaq;:Redit ad ꝓpoſitũ:ut oñdat nihilo laudabiliores græcos fuiſſe ſcriptores:ꝗ romanos. Pherecydes:Syrius fuit:Baſis filius:pittaciq; auditor : ac pythagoræ præcæptor:p̄mus omniũ de natura & diis apud græcos tradidit:& p̄mus(ut Cicero in quæſtionibus Tuſculanis ſcribit)animos hominũ ſempiternos aſſeruit.Idẽ teſte Pli.lib.xii.natura. hiſt.

ornamẽtis monumẽta ſolũ tempoꝝ:hominũ: locorũ: geſtarũq; reꝝ reliquerũt.Itaq; qualis apud græcos Pherecydes:Hellanicus Aceſilas fuit:aliiq; permulti.Talis noſter Cato:& Pictor:& Piſo:qui neq; tenẽt quibus rebus ornetur oratio. Modo enim huc iſta ſũt importata:& dum intelligatur quid dicãt:unã dicẽdi laudẽ putãt eẽ breuitatẽ. Paululum ſe erexit & addidit hiſtoriæ maiorẽ ſonũ uocis uir optimus Craſſi familiaris Antipater:cæterũ nõ exornatores: ſed tantũmodo narratores fuerũt.Eſt inquit Catullus ut dicis:ſed ipſe iſte Cælius neq; diſtinxit hiſtoriã uarietate locoꝝ:neq; uerborum collocatione:& tractu orationis leni:& æquabili ꝑpoliuit illud opus:ſed ut homo neq; doctus:neq; maxime aptus ad dicendũ:ſicut potuit dolauit:uicit tamẽ ut dicis ſuperiores.Minime mirũ inquit Antonius: ſi iſta res adhũc noſtra lingua illuſtrata nõ ẽ:nemo enim ſtudet eloquẽtiæ noſtrorum hominũ : niſi ut in cauſis atq; in foro eluceat. Apud græcos autẽ eloquentiſſimi homĩes remoti a cauſis forẽſibus:qũ ad cæteras res illuſtres:tum ad ſcribendã hiſtoriã maxĩe ſe applicauerũt.

Proſam orationẽ p̄mus cõdidit tpe Cyri regis: floruit regnante Tullio hoſtilio. Helamicus & Vſilas:hi apđ græcos p̄ſci hiſtoriarũ ſcriptores fuerũt:ſicut apđ nos Cato:Piſo:& Fabius pictor Qui neq;:nedũ ipſi potuerũt ex arte loqui:ſed nec artẽ quidẽ tenuerunt.i.neſciebant:qbus rebus ornet̃ oratio. Modo enĩ huc iſta ſint importata:dũmodo inquit ad hanc ætatẽ noſtram memoria rerũ geſtarũ referat̃: nihil ꝑterea requirũt: & nihil aliud laudãdũ putant ꝑter breuitatẽ. Importata: ꝙ̃ſi quodãmodo uidet̃ modũ illũ horridiorẽ imitari: dũmodo ad hãc ætatẽ facta iſta ueterũ referantur:ut cognoſci poſſint:ſatis habent Importata:relata. Huc:ad hanc ætatẽ. Paululũ ſe erexit.i.poſt. C.Scæuolam hiſtoriã ſcribere cœpit Cælius antipater: qui paulũ altius ſcribendæ hiſtoriæ ſtilũ euexit. Paululũ.i.ad altiorẽ ſtilũ ſe euexit:& cõtinuo declarat dicẽs. Maiorẽ ſonũ.i.grandiorẽ dicendi characterẽ. Cæteꝝ:ante Cæliũ antipatrẽ:nõ fuerunt exornatiores:quia ſatis habebãt dũmodo rem geſtã narrarẽt Eſt inquit Catullus:Reſpõdet Antonio Catullus dicẽs: Aſſentior tibi:ſed tamẽ nec iſte:de quo loqueris:omnia cõſecutus eſt in ſcribẽda hiſtoria:quæ requirũtur. Diſtinxit:uariauit. Varietate locoꝝ:quia regiones deſcribẽdæ ſunt ei:qui hiſtoriã cõponit:ut chorographiæ nõ ſit ignarus. Varietate:deſcriptione regionũ. Verboꝝ collocatione.i.cõpoſitione:quã cõpoſitionem uerba apte locata cõficiunt.i.illam dignitatẽ orationis:quã cõpoſitionem appellãt. Tractu.i.tenore quodam dicẽdi:tranſlatione ſumpta a filante.nam ut mulier filũ trahit:ita etiã ſcriptor tenore quodã deducit ea quæ ſcribẽdo ꝓſequitur:ut Cicero in Lælio:Aliũ quoddã filum orationis tuæ expectamus. Leni & æquabili.i.tenui:& uniformi:ac ſimplici. Perpoliuit:trãſlatio ſumpta ẽ a fabro : qui opus ſuũ primo fabricatur:deinde politius reddit. Doctus:ad ſcientiã. Neq; aptus.i.eloquẽs. Dolauit:tranſlatio iterũ a fabris:qum ipſi etiã materiarũ aſperitates explanãt:edolare dicũtur.eo uerbo uſi ſunt antiqui ſcriptores:ut Varro:Nunq̃d librũ nõ edolem:ꝓ edolabo:quia poſt edolationẽ ſequitur expolitio. Superiores.ſ.hiſtoriæ ſcriptores:ut Catonẽ:Pictorem:& Piſonẽ. Minime mirum inquit:Reſpõdet Antonius:Minime eſt mirandũ:ſi nõdum temporibus ſuis romani ſcriptores omnes numeros ſunt cõſecuti:ꝓpterea ꝙ romanoꝝ nemo eloquẽtiã diſcebat:niſi ut ĩ foro cauſas agere poſſet.Ac uero græci ſtudioſiſſimi fuerũt:iidẽ & ocioſi. Minime mirũ:quia res ipſa non ualde a noſtris tractata fuit. Iſta res.ſ.ſcribẽdi hiſtorias. Noſtra.ſ.romana. Nemo enim ſtudet eloquẽtiæ:niſi quatenus cauſas in foro tractare poſſit. In cauſis atq; foro.i. in cauſis forenſibus. Eluceat.i.clarior euadat in forenſibus cauſis tractãdis. Apud græcos autem : ſed apud græcos nõ ita:multi enim uiri præſtantiſſimi:qui eloquentia cæteros anteibant:ſe ab adminiſtratione reipublicæ ſepararunt:& ſe totos ad ſcribendum hiſtorias applicuerunt. Res illuſtres.i.politias ſcriberet:ut de re militari:de oĩ admĩſtratiõe ciuitatis:& de cæteris memoratu dignis ac diſciplĩa uiuẽdi.

Nāq; & Herodotū illū:q ꝑnceps genus hoc ornauit in cauſis nihil oīno uerſatū eē accæpimus. Atqui tāta ē eloquētia:ut me qdē quātū ego græce ſcripta ītelligere poſſum:magnopē delectet:& poſt illū Thucydides oīs dicēdi artificio:mea ſnīa facile uincit:q ita eſt creber rerū frequētia:ut uerboꝝ ꝑpe numerū ſententiarū numero ſequatur. Ita porro uerbis ē aptus & preſſus:ut neſcias utrū res oratione:an uerba ſentētiis illuſtrētur. Atq ne hūc quidē q̄q̄ in republica uerſatus:ex numero accæpimus eoꝝ qui cauſas dictarūt:& hos libros tū ſcripſiſſe dicit̄ qū a republica remotus:atq; id qđ optimo cuiq; Athenis accidere ſolitū ē:in exiliū pulſus eēt. Huc cōſecutus ē Syracuſius Philiſtus:q qū Dionyſii tyrāni familiariſſimus eēt:ociū ſuū cōſūpſit ſcribēdo:maxīeq; Thucydidē ē:ſicut mihi uidet̄ imitatus. Poſtea uero q̄ſi ex clariſſima rhetoris officina duo præſtātes ingenio Theopōpus & Ephorus Socrate magiſtro impulſi:ſe ad hiſtoriā cōtulerunt:cauſas omnino nunq̄ attigerūt. Deniq; etiam a philoſophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille poſt ab Ariſtotele Calliſthenes co

Nāq; & Herodotū:q ita ſit:græcos a rebus ciuilibus omnino remotos hiſtoriā ſcribendā ſuſcæpiſſe:ꝓbari pōt.nam Herodotus maximus in hiſtoria ſcribēda:nunq̄ cauſas ī foro tractauit. ē autē teſtimonio Quintiliani:dulcis:cādidus:& fuſus. Scripſitq; hiſtoriā:ut Pli.refert.xii.naturał hiſt. Anno urbis romæ tricēteſimo.x. Princeps.i.ꝑmus:ut Vir. Princeps ardētē cōiecit lāpada turnus.i.ꝑmus. Accæpimus:itellexímus. Tāta ē eloquētia.ſ.Herodoti. Quantū ego: Hoc dixit reſpiciēs ad illud qđ ubiq; uult uider. Antonius nō ualde litteris græcis eruditus eē. Poſt illum.ſ.tēpore:& nō dignitate.nā Quintilianus hūc Herodoto antepōnēdū cenſet.fuit enim eodē teſte denſus:& breuis:ac ſēper ſibi inſtās:cōparaturq; Saluſtio:queādmodum Herodoto Liuius:ex quo ſeqtur Saluſtiū Liuio eē meliorē. Dicēdi artificio:uidelicet ꝑcæptione dicēdi ſecundū ꝑcæpta rhetoricæ artis. Dicēdi artificio:ꝓpter narrādi cōmoditatem. Ita creber:ꝓpter concionū ſubtilitatē:qa nemo unq̄ artificioſius ſcripſit cōciones:q̄ Thucydides. Freq̄ntia: ideſt ut quot uerba:tot ſnīas ipſius oratio cōtineat. Cōſequatur:adæquet. Preſſus uerbis:nō potuiſſet melius exꝑmere:ita aptus & ꝑſſus.i.ita elegās:& ſubtilis. Cicero de officiis:pulchritudo corporis apta cōpoſitione mēbroꝝ.i.elegāti. Idē in hortēſio:Quis autē te:aut in diffiniēdis:explicādiſq; ſenrētiis preſſior.i.ſubtilior. Atq; quāuis tantū dicēdo ualuerit:tamē nec ipſe quidē cauſas ægiſſe legit̄. In rep.fortaſſe minus mirū ē de Herodoto:q nunq̄ reipu.adminiſtrationē geſſerit:nec cauſas ægerit.at uero de Thucydide mirū ē:q rēpu.geſſit:ſicut ipſe ſcripſit:qa ꝑfectus Claſſis miſſus ē aduerſus Thracas. Et hos libros:Nā qū hiſtoriā Peloponneſiaci belli ſcripſit Thucydides exulabat Lacedæmone. A republica remotus.i.qū eēt in exiliū pulſus. Id qđ optimo:& dicere audēt optime oīum geſſiſſe rēp.athenis:unde oēs ferme optimi ī exilium pulſi ſūt. Id qđ optimo cuiq;:ꝓpter exoſtraciſmō.i.decē annoꝝ relegationē.legimus enim apud Plutarchū oēs ferme:quoꝝ opes libertati obfuturæ uidebant̄:a populo Atheniēſi exoſtracizatos.i ad tēpus ī exiliū miſſos:ſicut Alcibiades:ſicut Themiſtocles:Ariſtides:qꝓpter innocētiā iuſtus cognominatus ē. Nā exoſtraciſmus dicebat̄ ab obſtraco:qđ latine dici pōt teſta.nā ī oſtracis.i.teſtis noīa eoꝝ:q relegādi a populo uidebant̄ iſcribi cōſuetū erat:& erat ſuffragii genus. Vnde legit̄ī exoſtraciſmo Ariſtidæ:qū iuxta eū qdā ruſticus illitteratus ſederet:ipſi Ariſtidi teſtā dediſſe:ut nomē ſuū īſcriberet. Admiratus Ariſtides īterrogauit:nūqd iſtū cognoſceret:nīme inqt:ſed qa cæteri ita ſentiūt:ego quoq; ita cēſeo eē eū dānandū. Philiſtus:q & ipſe egregiā ſcripſit hiſtoriam:& ꝓximus a Thucydide fuit. Dionyſii familiariſſimus:a quo ociū cōſecutus erat:ita ut oē tēpus ī ſcribenda hiſtoria cōſumere potuerit. Poſtea uero:poſt hūc Philiſtū ſyracuſanum ſecuti ſūt Theopompus & Ephorus Iſocratis diſcipuli. Officina.i.ex ſchola. Theopōpus:is tragicus fuit & orator:ut teſtat̄ Gellius.li.noct.att.x. Cauſas oīno nunq̄.i.nunq̄ ad cauſas agēdas ſe cōtulerūt. Princeps Xenophon: Nā Xenophon ꝑmus philoſophoꝝ omniū ſcripſit hiſtoriā. Hic ꝑmo quidē apologiā.i.excuſationē Socratis ꝑcæptoris ſui dānati ſcripſit:deinde de arte eqtādi:de arte uenādi:de lacedæmonū politia:de rep.atheniēſiū:& de educatione Cyri:cui oēm diſciplinā optimi impatoris attribuit:q liber ſcriptus ē nō ad ueritatē:ſed ad exēplū. Ille:emphaſim facit:ac ſi diceret magnus ille. Calliſthenes:q Ariſtotelis diſcipulus fuit:& illi neceſſitudine ex materna ſtirpe cōiūctus:qū ad Alexandrū ab ariſtotele miſſus fuiſſet q̄ſi Hermolai cōiurationis auctor ab Alexādro interfectus ē:de hoc

mies Alexādri ſcripſit hiſtoriā. Et hic quidē rhetorico pene more: ille autē ſuperior leuiore quodā ſono eſt uſus & qa illū impetū oratoris nō habeat: uehemēs fortaſſe minus: ſed aliquāto tamē ē: ut mihi quidē uidet᷑: dulcior. Minimus natu omniū hoꝝ Timæus: quantū aūt iudicare poſſū: lōge eruditiſſimus: & rerū copia: & ſnīarū uarietate abūdantiſſimus: & ipſa cōpoſitione uerborū nō impolitus: magnā eloquētiā ad ſcribēdū attulit: ſed nullū uſū forēſem. Hæc qū ille dixiſſet: Quid ē inquit Catullo Cæſar: ubi ſūt q Antonium græce negāt ſcire? Quot hiſtoricos nominauit? q̄ ſciēter: q̄ ꝓprie de unoquoq; dixit? Id mehercule: dixit Catullus admirās illud iā mirari deſino: qđ multo magis ante mirabar: hūc qū hæc neſciret: in dicēdo poſſe tātū. Atq Catulle inqt Antonius: Nō ego utilitatē aliquā ad dicēdū aucupās: hoꝝ libros: & nōnullos alios: ſed delectationis cauſa qū ē ociū legere ſoleo. Quid ergo ē? fatebor aliqd tn̄: qū ī ſole ambulē: etiā ſi ego ob aliā cauſā ambulē fieri natura tn̄ ut colorer: ſic qū iſtos libros ad miſſenū: nā romæ uix licet: ſtudioſius legerī: ſētio illoꝝ cātu orationē meā q̄ſi colorari: ſed ne latius hoc uobis patere uideat᷑: hæc dūtaxat in græcis: q̄ ipſi q ſcꝓſerūt uoluerūt a uulgo ītelligi.

Et a cauſa ad cauſam ire.i.ut modo hanc:modo illã cauſã tractent. In quo.i.in qua re: uidelicet dum cauſis pluribus ſe implicãt. Vel negligẽtiæ ſuſceptis rebus:Differẽtia eſt inter ſuſcipere:& recipere:ſuſcipimus rogati:recipimus ſpõte.Nũc ergo dicit:erratũ maximũ eſt:quia plures:q̃ cognoſcere poſſũt cauſas:uel ſuſcæptas negligũt:uel recæptas ꝑdunt.Nã qum cauſas amiſerũt:iudicãtur uel negligẽtes nõ curare ſuſcæptas:uel ꝑfidi ꝑdere recæptas:qđ ꝓpterea eis cõtingit:quia cauſã nõ ſatis cognitã habẽt. Magna offenſio.i.magnũ erratũ eſt. Suſcæptis rebus:quia negligẽtes iudicãtur:qum cauſas ſuſcæptas amittũt. Perfide recæptis.ſ.ſpõte.nam ꝑfidi ſumus:qum cauſas ſponte recæptas agere nolumus:ſicut illud ẽ negligẽtis.ſ.nõ curare ſuſcæptas:ita hoc ꝑfidi nolle agere recæptas. Sed etiã illa.ſ.offenſio:quõ enim quis poterit cauſã ꝓbe dicere: cuius nullã: uel ꝑexiguã cognitionẽ habuerit. Illa multo maior opinione.i.illa offenſio uincit opinionem:& eſt honeſtiſſimus modus dicẽdi. Itaq;:ſenſus ẽ:Dum minime curãt:ne negligẽtes eẽ uideãtur:id incurrũt:qđ uitant:& obtuſi:& hebetes eſſe iudicẽtur. Illam.ſ.uituperationẽ tarditatis. Contẽnunt.i.dum minime curant:uitiũ.ſ.inertiæ.Dum inquit minime curãt:ne inertes appellẽtur:id etiam incurrũt:qđ uitãt:ut obtuſi & hebetes uideãtur.Nam inertiæ damnãtur ab his:quoꝶ cauſas obtinere nequiuerint. Equidẽ:ſenſus ẽ:Ingenio prompti uideri uolũt:dum cauſas minus cognoſcere ſtudẽt:nõ cognoſcẽtes male eas agere neceſſario cogũtur.Male agẽtes uero poſtremo tardi etiã iudicant̃. Eqdẽ ſoleo:Dixit qd alii plæꝶq; faciãt:dũ cauſas negligẽtius cog̃ſcũt:ut tarditatis etiã utiũ icurrãt:qũ

dare operā : ut de ſua qſq; re me ipſe doceat: & ut neqs
alius aſſit : quo liberius loquat̃:& agere aduerſarii cau/
ſā ut ille agat ſuā:& qcquid de ſua re cogitarit :ī mediū
proferat. Itaq; qū ille diſceſſit: tres perſonas: unus ſuſti
neo: ſūma animi æqtate: meam: aduerſarii: iudicis: qui
locus eſt talis : ut plus habeat adiumenti q̄ incommodi
hunc iudicio eſſe dicendum: ubi plus mali : quam boni
repio: id totum abdico atq; reiitio: ita aſſequor: ut alio
tempore cogitē: qd dicā: & alio dicā: q̄ duo plæriq; inge
nio fræti: ſimul faciunt. Sed certe iidē illi melius aliq̄to
dicerēt: ſi aliud ſumēdū ſibi tēpus ad excogitādū aliud
ad dicendū putarēt. Qum rē penitus: cauſāq; cogno
ui: ſtatī occurrit animo: q̄ ſit cauſa ambigēdi. nihil ē. n.
qd̃ īter hoīes ambigit̃: ſiue ex crimīe cā cōſtet : ut facīo
ris: ſiue ex cōtrouerſia: ut hæreditatis: ſiue ex deliberatō
ne: ut belli: ſiue ex pſona : ut laudis ; ſiue ex diſputatiōe

cauſas amiſerint. Nunc qd ipſe facit oſtēdit. & hoc modo duo facit: quæ ꝓpria ſunt præcipientis:
ut qum oſtēderit: qd nō ſit faciendū: poſtea qd ſit faciendū ꝓponat. Quid nō ſit faciendū ex aliorū
negligētia ut ſupius oſtēdit qd faciēdū ex ſua diligētia. Neqs alius: & ut poſſit cauſā ſuā cliēs meus
liberius & explicatius declarare: ipſū remotis arbitris dicere iubeo: qd de cauſa ſua ſentiat : & nulli
us reſpectu teneat̃. Et agere aduerſarii cauſā: Et hoc etiā ſeruare cōſueui. qum cliens mihi cauſā ſu/
am dicere incœperit: ego cōtradico illi: qd aduerſarius obiicere poſſet: ut ab ipſo eliciā: quæ reſpō/
deret. Qum Cliēs mihi cau
ſam ſuā dixerit: ego illi con
tradico. Tu quidē ita dicis :
ꝙ ſi aduerſarius aut hoc di/
cet: aut illud: tu qd cōtra re/
ſpōdebis? Et ita quodāmo/
do: qum uideor cauſam ad
uerſarii ſuſcipere : Cliēs de/
clarat qd diceret. Itaq; qū
ille: & qum cliens meus di/
ſceſſit: ego três pſonas ſuſti
neo: uidelicet meā: cliētis: &
iudicis: & ſūma cū æquitate
Meā. i. his tribus pſonis in
uenio: quæ ꝓſint æque: atq;
obſint. Sūma animi æqui
tate : qa tam ea quæ cōmo/
da ſūt: q̄ ea quæ incōmoda
diligēter conſidero. Prodeſ
ſe: ad cōfirmandum. Obeſ/
ſe : ad refellēdū. nā hoc mo
do ea mihi cōfirmātur clari
us. Aequitate : quia non
minus cōmoda cauſæ meæ
q̄ incōmoda cauſæ aduerſarioꝝ diligēter cōſidero. Qui locus: & qum ī cauſa mihi ſe obtulerit ar
gumentū: in quo plus cōmodi: q̄ incōmodi eē uideatur: hūc ego ſuſcipio in cōfirmāda Cliētis cau/
ſa. Si uero plus incōmodi q̄ cōmodi: illd̃ reiicio. Satius enim ē ea: quæ magis obeſſe poſſūt: q̄ ꝓdeſ
ſe tacere. Locus: ꝓ argumento ineſſe uidet̃ plus mali q̄ boni. Abdico: ꝓcul a cā. Reiicio: extra
cauſā. hoc enim ītrinſecus: illa uero extrinſecus magis cōſiderantur: quæ ſumūtur ex maiori: mino
ri: diſpari: ſimilitudinibus: & exemplis. Ita hoc pacto dum me ita gero: illud cōmoditatis aſſequor:
ut alio tēpore me ad dicendū cōparem: & alio ad dicendū ueniā. Quæ duo. ſ. cogitādi & dicendi.
Sed certe: ſed ꝓfecto illi etiā: q excellēti ingenio ꝑditi ſūt: ſi in duo tpa diuiderēt: id qd̃ ē cogitan/
dū: & id id qd̃ ē dicēdū: oratoriū munus ꝑclarius iplerēt. Iidē illi. ſ. qui ſūt ingenio fræti.

QVM REM : Caput quartū eſt: in quo cauſa cognita docet Antonius premeditandū eſſe orato
ri: quæ ſit ambigēdi ratio. i. quæ ſit cōſtitutio cauſæ: quot ſint numero cōſtitutiones. cauſa īquit rei
cognita: ꝑmum ratio ineunda eſt ambigēdi. i. ꝑmum cōſtitutio cauſæ ineūda eſt: ī qua poſita ſit res
de qua agitur. Rem cauſāq; : endiadis ē. i. cauſam rei. Occurrit. i. ſtatim offertur animo meo.
Ambigēdi. i. ratio dubitādi. Nihil eſt enim: declarat quomodo dubitetur ac diſcæptetur de cauſa
quæcūq; fuerit. Ambigitur inter homines. i. dubitatio fit. Omnis res: queādmodū ipſe Cicero ī
arte ueteri docet: quæ habet in ſe poſitam cōtrouerſiam: aut diſcæptationē aliquā: aut rei: aut noīs
aut generiſ cōtinet quæſtionē. Rei: ut factū ſit nec ne? cōſtitutionē cōiecturalē innuit. feciſti? nō feci
Nominis: cum factum conſtat: ſed quo nomine ſit appellandū dubitatur: diffinitiua cōſtitutio na/
ſcitur. Generis: qum de ui: & genere negocii quæritur: tunc cōſtitutio generalis appellatur: quæ di
uiditur in iudicialē: & negocialē. Eſt etiā alius ſtatus: qui appellatur actionis ex trāſlatione: uidelicet
qum aut rei: aut accuſatoris: aut iudicis: aut loci: aut temporis: aut eiuſmodi rei cōmutatio facienda
eſſe dicitur. De hac ideo nihil omnino tractat: ꝙ ea raro in iudiciū uenit. Siue ex crimine : Ex his
uerbis iudiciale genus cauſarum innuitur. Nam iudiciale genus cauſarū: aut criminis: aut cōtrouer
quæſtionē continet. Criminis: qum agitur de re: quæ ad aliquod maleficium pertinet: ut occidiſti?
non occidi. Controuerſiæ: qum agitur de pecunia: ut: illa res: illa pecunia mihi debet̃? nō debetur
Deliberatione: Vt ſi quæratur: bellū Carthaginēſibus īferendum ſit nec ne? deliberatiuū dicetur
cauſæ genus. Siue ex pſona: Nam demonſtratiuū genus cauſæ eſt: quod ī alicuius pſonæ laudem:
aut uituperationē tractatur: ut ſi agatur de laude Scipionis. Diſputatiōe : hoc loco īfinitū ſignifi/
cant: quā ſæpe theſim diximus practicen: ut uerbi gratia: ſi quærat̃ an bonū aliud ſit ꝑter honeſtū:

ut utilitas:ut gloria:ut amicitia:& cætera huiuſmodi. Multi enim hæc oĩa ſupradicta ĩ bonis ponē-da eē uoluerũt:hic de nulla certa re agit. Nã gloriæ diuerſæ ſũt genera:qa alia ē gloria belli: alia pa-cis:& alia alius rei:ergo nullã circũſtãtiã habet rei certæ. Circũſtãtia dicit:quæ rē certã circũſcribit: ut ſi quæreret de gloria Scipionis:tũc haberet pſone circũſtantiã. Rõne uiuēdi: q̃ ptinet ad oēm philoſophiã moralē.ſ.politicã:œconomicã:monaſticã. Factũ ſit.i.an ſit ita:ſicut Cicero ĩ arte ue-teri docuit.pmũ an ſit:deinde qd ſit:poſtea q̃le ſit.in his tribus modis oĩs cõſtitutio uerſatur. An ſit cõſtitutio cõiecturalis effici-tur:ut occidiſti aiacē? nõ oc-cidi. Quid ſit: qũ factũ non negat:ſed d facti noĩe dubi-tat:quo noĩe ſit appellãdũ: ut ſiqs accuſet ſacrilegii: q̃ uaſa argentea de loco ſacro ſuſtulerit:nõ tñ ipa ſacra: & is fateat qdē ſe ſuſtuliſſe nec iõ eē ſacrilegiũ dicat ſed fur-tũ. Quale ſit: qum de ui & gñe negocii ambigit:tũc cõ-ſtitutio generalis appellat: q̃ diuidit ĩ negocialē:& iuri-dicialē. Iuridicialis ĩ duas p-tes:abſolutã:& abſũptiuã ſci-dit.

ut de ratione uiuēdi:ĩ quo num aut qd factũ ſit:aut fi-at:futurũq; ſit quærat:aut quale ſit:aut qd uocet? Ac noſtræ fere cauſæ:quæ quidē ſũt criminũ:plærũq; infi-ciatione defēdũtur. nã & de pecuniis repetũdis:q̃ maxi-me ſũt:negãda fere ſũt oĩa & de ambitu:raro illud dat ut poſſis liberalitatē: atq; benignitatē. de ambitu atq; largitione: ſeiungere. De ſicariis:de ueneficis: de pecu-latu:inficiari neceſſe ē. Id eſt igitur genus primum cau-ſarum in iudiciis:& cõtrouerſia factis. In deliberationi-bus plærũq; ex futuri: raro etiam ex inſtanti:aut facti.

Factũ ſit:de pterito. Fiat:de pſenti. Futurũq; ſit:de futuro. De pterito:ut ſi quærat:utrũ oc-cidit Aiacē Vlyxes? de pterito ē cõtrouerſia. Fiat:ut ſi q̃rat:bono ne aĩo ſint ĩ rēp fregellani? Futurũ ut ſi q̃rat:ſi Carthaginē reliq̃rimus incolumē:nũqd ĩ fide mãſuri ſint Carthaginēſes? Quale.ſ.tũc qũ de ui ac gñe negocii quærit:& generalis cõſtitutio dicit. Quid uocet: noĩs cõtrouerſia:qũ cõ-ſtat:& res:& rei q̃litas:ſed tamē de rei noĩe quærit:& qa uĩs uocabuli uerbis diffiniēda ē:ideo q̃ſtio ſiue cõſtitutio diffinitiua appellat. Ac noſtræ:de trãſlatiua nihil oĩno dicit:qũ aut iudicis:aut loci aut eiuſmodi rerũ mutatio faciēda ſit:& ideo nihil oĩno tractat:qa raro uenit ĩ iudiciũ. Ac noſtræ: ſed nr̃æ cauſæ:uidelicet romanoꝝ:qa apud græcos plærũq; cauſa illa in iudiciũ uenire ſolet:qa ius ciuile diffinit:apud quos:quo ĩ loco:quo tpe agendũ ſit:cõſtitutio actionis dicit:q̃ mutãda ſit actio.

Criminũ:quæ ad iudiciale genus cauſaꝝ ptinēt:ut pulſatio:adulteriũ:ut furtũ:ut cædes:ut cætera huiuſmodi. nã in iudiciali gñe uerſant. Inficiatione:negatione:feciſti? nõ feci. feciſti? inſtat:nõ feci. deprecat. cõtrouerſia ē pma intētio accuſatoris:cũ defēſoris inficiatione cõiuncta. Nã de pecuni-is:Incipit alias cauſas:quæ nõ in criminibus uerſant:ſed in q̃bus petit aliq̃d aut negat:ĩ iudiciali ge-nere uerſat. Nã iudiciale genus habet petitionē cũ defēſione. defēſio ad utrũq; ptinet:ad petitionē: & defenſionē:qa negat qd petit. Repetũdis:accuſat is q ꝓuinciæ alienas pecunias expilauit: ſed poſtea latius patuit. Nã etiã ſiqs populus alteri populo iniuriã fecerit:aut captiuoꝝ:aut incēdii:aut pdæ:q iniuriã repetere:diceret agere repetũdaꝝ rerũ. ergo qũ repetũtur q̃ ſũt ablata:tũc repetũda-rũ rerũ agit. Fere:hoc modo:ut rapuiſti gregē meũ? nõ rapui. De ambitu:Sed ſi de ambitu inci-derit cõtrouerſia:raro inq̃t p inficiationē defēdere poterimus. nã qa largitio late patet: obſcura eē nõ põt:ideo negatio locũ nõ habet. Nã ambitus accuſat ille:q populũ largitione corrupit. ergo ſi uolũt largitionē defēdere:nõ negabimus factũ? ſed neceſſe erit:ut ad liberalitatē cõfugiamus:q̃ñq dē largitio facta negari nõ põt. Largitio ē:qũ aliq̃ munera ĩ populũ diſtributa fuerint: q̃ notiſſima ſũt:uulgo negari nõ poſſũt. ergo neceſſe ē:ut ad liberalitatē cõfugias:ut diſtribuiſti annonã ĩ ppl̃m hoc negari nõ põt. reſpõdet:diſtribui:ſed iure. Licuit.n. mihi ꝓ mea liberalitate populo ſubuenire Rurſus:q iſtabit:largitionē in ppl̃m feciſti? feci nõ largitionē:ſed liberalitatē. Quã.n. accuſator lar-gitionē appellabit:defēſor liberalitatē eē dicet. ergo diffiniēdũ erit:qd ſit liberalitas:& qd ſit largi-tio. Seiũgere:ſeparare. De ambitu atq; largitione.i.de ambitu largitionis. ſed de his rebus: q̃ in crimĩe uerſant:nulla cõſtõ ĩcidere poterit:niſi cõiecturalis. nã ſi cõceſſeris:nihil iudiciũ cõmorabit.

De ſicariis.i.latrõibus. Nã ſicarii dicti ſũt a ſica gñe teli:quo utunt. De ueneficis:ut ſiqs accuſet q̃ aliquē ueneno necauerit. De peculatu:ĩter furtũ:ſacrilegiũ:& peculatus hoc ĩtereſt: qa furtũ ē rei puatæ:ſacrilegiũ rei ſacræ:peculatus reipublciæ. Inficiari.i.negare. Id ē igit:uidelicet an ſit cõtro-uerſia facti:q̃ cõiecturalis cõſtitutio appellat. De deliberatiõibus:de rebus futuris cõtrouerſia ſu-mit:ut ſi quærat ſi Carthaginēſes dimiſerimus ĩcolumes:an ĩ fide ipſi manſuri ſint? Facti raro: qa nõ ĩcidere põt:ut ſit deliberatio rei inſtãtis. Vt ſi quærat:an fregellani bono in rēp. aĩo ſint? Nã alii ſuadēt:alii diſſuadēt. Facti raro:Rurſus:ut uerbi gratia:Poſtq̃ Hãnibal italiã inuaſerit:& pplõ ro-mano bellũ ĩtulerit:quærat in ſenatu Carthaginēſi:utrũ hoc Hãnibali licuerit? raro ĩcidit delibera-tio:uel pteriti:uel etiã inſtãtis:qa nõ deliberamus:q̃ facta fuerint. aut q̃ fiãt:ſed quid faciēdum ſit.

Sæpe aũt res: Quæ breuiter ſupius ꝓpoſuit: declarat. Sæpe. n. icidit: ut de re nulla qõ ſit: ſed de q̃litate rei: qũ de ui & gñe negocii quærit᷑. Qualis ſit: uidelicet iuſta: an iniuſta. & ideo de gñe rei: ſiue negocii agit᷑: ſiue iuridicialis: ſiue negocialis: ſiue abſoluta: ſiue aſſũptiua. L. opimii: Oſtẽdit exẽplo poſſe incidere cõtrouerſiá: de qualitate rei. i. huiuſmodi. L. opimius. C. gracchũ leges agrarias ferre uolentẽ facto grege bonoꝝ inuaſit: & eũ ad pontẽ miluiũ dep̃hẽſũ occidit. poſt aliquot annos accuſatus ẽ læſæ maieſtatis: ꝙ. C. Gracchus occiſus eſſet eo auctore. Nihil de. C. Gracchi: q. L. opimiũ accuſabat. dicebat occidiſti. C. Gracchũ? defenſor reſpondebat occidit: ſed iure. nam patriæ libertatẽ defendit: & hoc modo defẽdebat cauſã iuſtá eẽ. Apd᷑ populum: qa diẽ dixerat tribunus plæbis. L. opimio ad populũ. Iure: ut occidiſti. C. gracchũ? occidi: ſed iure. ná patriá defẽdere uolebá. hic d᷑ qualitate rei quærebatur utrũ iuſte: an iniuſte. ſed qa factũ erat. i. ꝑteritũ: ideo iudicialis erat cõſtitutio: quia re extranea aſſũpta: hoc eſt defẽſione patriæ confirmabat᷑: ideo dicit᷑ aſſũptiua. idẽ Carbo eandẽ cauſã e diuerſo ſuſcæpit. Alia tamẽ mẽte: ut gratificaret᷑ Mario: cuius tũc opes maxime erant. Ná qum ex numãtia rediret Scipio aphricanus inferior: quá nup euerterat: qa magna erat uiri auctoritas: & ipſius meritũ recẽs: id agebat: ut tãti uiri iudicio. C. gracchi cædes improbaret᷑: & ita plæbis opes augerent᷑. cuius cõmodis Gracchus cõſulere uoluerat: nec dubitabat qn hãc neceſſarii ſui cædẽ idigne ferret Scipio. Veniẽti igit᷑ illi obuiá ad ipſas ꝓpe portas obuiá ꝓdiit: & eũ interrogauit qdnam ſibi de cæde. C. gracchi uideret᷑. Ille cõtinuo iure cæſũ uideri reſpõdit. Quod plæbẽ romaná uehemẽter offẽdit: & creditũ ẽ ipſũ ꝓpterea etiá in cubiculo domi ſuæ interfectũ eẽ: & huius cædis cõſciam fuiſſe uxorẽ Semproniá. Alia tamẽ mẽte: ut gratificádi Mario: ut ſupra dictũ ẽ: q ſemper nobilitati infẽſus fuerat. De. C. graccho. i. de cæde. C. gracchi. ergo ſi hæc cõſtitutio faciẽda fuiſſet: ita obiectũ fuiſſet: occidiſti. C. gracchũ? occidi: ſed iure. Iure aũt: Hic attẽdẽdũ eſt: quõ oẽs partes iuridicialis aſſũptiue breuiter Cicero ꝑſtringit. Vt aut oportuerit: ꝑ aſſũptionẽ ex trãſlatione criminis: ut qũ Oreſtes trãſſert crimẽ in matrẽ: ꝙ magnitudie ſceleris eá necari oportuerit. Occidiſti matrẽ? occidi: ſed iure. ná patrẽ meũ necauerat. Licuerit: ꝑ aſſumptionẽ: ex remotiõe nõ criminis: ſed culpæ. ut q Sulpitiũ occidit trãſſert culpã in cõſules: qui ita iuſſerũt: ut ideo ſibi occidiſſe licuerit. Aut neceſſe fuerit. ſ. ꝑ conceſſionẽ ex purgatione: quæ fit tribus modis: uidelicet imprudẽtia: caſu: neceſſitate. Iam tum qd: ad aliã. i. diffinitionẽ tranſit dicẽs: qd᷑ autẽ ꝑtinet ad controuerſiá nominis: uidelicet qũ uis uocabuli diffiniẽda erit uerbis: tũc diffinitiua cõſtitutio appellat᷑: qũ & factũ cõuenit: & facti qualitas manifeſta fuerit: & de ipſius facti nomine quærit᷑: qa uis uerbi diffinienda ẽ: diffinitiua appellat᷑. Vt mihi ipſi: Sulpitius accuſauit Norbanũ: ꝙ populũ aduerſus Scipionẽ cõcitaſſet: q exercitũ aduerſus Cimbros amiſerit. hic inſtabat dicẽs: ipſũ læſiſſe maieſtatẽ: ꝙ concitarat populũ cõtra Scipionẽ. Antonius aũt: q eũ defendebat: nõ negabat cõcitatũ populũ. id uero factũ eẽ nõ lædẽdæ maieſtatis: ſed ſumẽdi ſupplicii cauſa ex eo q læſerat maieſtatẽ. Norbani: Trib. ni plæbis. Plæraq;: uidelicet ꝙ Scipionẽ apud populũ accuſaſſet: ꝙ populũ aduerſus eum concitaſſet. Ex quo. ſ. læſæ maieſtatis. nam Appius legẽ tulit de maieſtate contra eum: qui ciuitatis amplitudini derogaſſet. Et in hoc dubitabatur: quia alius alio modo diffiniebat. Atq; in hoc genere: ſcilicet diffinitiuo. Hic reprehẽdit eos: qui putát diffiniendá eẽ uim uerbi breuiter & abſolute: quia puerilis & dialectica ratio eſt: uidelicet ſcholaſtica. at rhetorica latius: ac locupletius loquitur: nec cõciſis huiuſmodi diffinitionibus utitur: qd᷑ oſtendit exẽplo ſui: in cauſa. C. Norbani de maieſtate læſa: nõ hoc feciſſe: qd᷑ nõ uidebatur ad oratoriá artem pertinere: ſed cauſá multis: & uerbis: & rationibus explicaſſe. In hoc: uidelicet in diffinitiua cõſtitutione. cauſam facit: qum quæritur quid ſit lædere maieſtatẽ: hoc modo: Læſiſti maieſtatẽ? nõ læſi. diffiniẽdum eſt: an læſerit. Dilucide: abſolute. Breuiter: cõmode abſolute cui nihil deeſt. breuiter cui nihil ſupereſt. Quod: Antonius

Sæpe autẽ res nõ ſit: nec ne: ſed qualis ſit: quæritur: ut qum. L. Opimii cauſã defendebat apud populũ audiẽte me. C. Carbo cõſul: nihil de. C. Gracchi nece negabat: ſed id iure ꝓ ſalute patriæ factũ eẽ dicebat: ut eidẽ Carboni tri. plæ. alia tñ mẽte rẽpublicã capeſcẽti. P. Aphricanus de. C. Graccho interrogãti: reſpõderat iure cæſũ uideri. Iure aũt oĩa defendũtur: quæ ſunt eius generis ut aut oportuerit: aut licuerit: aut neceſſe fuerit: aut imprudẽtia: aut caſu facta eẽ uideãtur. Iã tũ qd uocet᷑: q̃rit᷑ cũ quo uerbo? qd appellãdũ ſit: cõtẽdit᷑. Vt mihi ipſi: cũ Sulpitio fuit ĩ Norbani cã ſũma cõtẽtio. plæraq;. n. de iis quæ ab iſto obiiciebãtur: qũ cõfiterer: tamẽ ab illo maieſtatẽ imminutã negabã: ex quo uerbo: lege Apuleia tota illa cauſa pendebat. Atq; in hoc genere cauſaꝝ

improbat.Nō enim uti debet tanta orator breuitate.   Perq̄puerile.i.aptū potius pueris:& ſchola
ſticis q̄ oratoribus.   Alia eſt:Et alia diffinitio qum diſputatur iter philoſophos:& alia qum diſpu-
tatur inter oratores.nō enim qum cauſa agit̄:de artibus diſputatur:ſed qd̄ in diffinitione uerſatur:
ornatiori:& locupletiori ē oratione declarandū:& planū iudicibus faciendū.   Diffinitio.ſ.dialecti
ca.   In artibus:ut in grāmatica:rhetorica:dialectica.nam artes dialectico more tractātur:ut grāma
tica eſt ſciētia recte loquēdi:recteq́ſcribēdi.Nam ars ipſa per ſe intelligentiā ſui plenam nō habet:

nōnulli præcipiūt:ut uerbū illud qd̄ cauſā facit : breui
ter facit:breuiter uterq; definiat:qd̄ mihi quidē pq̄pue
rile uideri ſolet.Alia ē enī:qū īter doctos hoīes de iis ip-
ſis rebus:q̄ uerſant̄ ī artibus diſputat̄:uerbo℞ definitio
ut qū q̄rit̄ qd ſit ars:qd ſit lex:qd ſit ciuitas:ī qbus hoc
præcipit ratio:atq; doctrina:ut uis eius rei quam defini
as ſic exprimat̄:ut neq; abſit qcq̄:neq; ſupſit: qd̄ qdē ī
illa cauſa: neq; Sulpitius fecit : neq; ego facere conatus
ſū:nā q̄tū uterq; nr̄m potuit : oī copia dicēdi dilatauit:
qd eēt maieſtatē minuere.Etenī definitio p̄mū reprehē
ſo uerbo uno: aut addito : aut dēpto : ſæpe extorquet̄ e
māibus :deīde gn̄e ipſo doctrinā redolet:exercitationē-
q; pene puerilē:tū & ī ſēſū: & ī mētem iudicis ītrare nō
pōt:ante .n.preterlabit̄:q̄ pcepta ē.Sed in eo gn̄e ī quo

ſed intelligitur ad aliquid p
tinere.   Lex:ē recæptio bo
ni:prauiq́ depulſio.   Ciui
tas:quā nōnulli deſcribūt p
ætymologiā:ciuium unitas
nec tamen quamuis dicat ſe
hanc diffinitionem dialecti
cam non laudare : ꝙ ea uti
nō debeat orator : tamē qd
facere ſoleāt p̄mū declarat:
uidelicet : ꝙ diffinito nihil
deſit & nihil ſupſit.   Ratio
atq́ doctrina.i. rō doctriæ
ē enim endiadis.   Vis.i.na-
tura & ꝓprietas:ut ſi diffini
as hominē:Homo ē animal
rationale:& mortale: hic ni-
hil abeſt:nec ſupeſt.Nam ſi
diceres homo ē animal:de-
eſſet:quia etiā equus eſt ani
mal.Si adiunxeris rationa-
le:tunc ſeparatur ab equo :
ſed nō eſt ſatis.Nam angelus ſiue mētes ſingulares eſt animal rationale:ſed addis mortale:& ita ſe-
paratur homo ab angelo.Angelus enim nō eſt mortalis.   Vt neq́ abſit quicq̄:qd̄ facit abſolutio.
Superſit:qd̄ facit breuitas.   Quod:Oſtēdit quid facere ſoleāt philoſophi:ſiue dialectici:& quid
faciendū ſit oratori. Nam alia ratio ē dialectici:& alia oratoris:& ideo nec ſe:nec Sulpitiū feciſſe in
quit in cauſa Norbani.nō enim diffinierūt uim uerbi breuitate:ſed locupletiori oratiōe aperuerūt
In illa cauſa:in qua agebatur de læſa maieſtate.   Omni copia.i.omni facūdia & ubertate.   Etenī
Alias nūc rationes adducit:cur huiuſmodi diffinitionibus uti nō debeat orator:qum in his quæ cō
ſtant ex genere:& differētiis:quæ breuibus uerbis circūſcriptæ ſunt:ſi unū uerbū reprehēderis:tota
ipſius diffinitio deſtruetur.Tria ſunt:quæ facile deſtruūt diffinitionē illā dialecticā:uno uerbo : uel
reprehēſo:uel addito:uel adēpto:nō debet id agere orator:ut uno uerbo cauſa tota nitatur.   Vno
uerbo reprehēſo:ut homo eſt animal placabile:uideris recte diffiniſſe:ſed tamē facile reprehende-
tur:ſiquis dicat:alia quoq́ animalia placabilia eſſe:ut equum:leonē:urſam:quæ placari poſſunt.
Dempto:ut ſi de illa diffinitionē:homo eſt animal rationale:& mortale:adimas ſiue rationale:ſiue
mortale.   Addito:ut homo ē animal rationale & mortale:& bipes:qum nō ſolū homo:ſed etiam
aues bipedes ſint.   Diffinitio.ſ.dialectica.   Extorquetur:deſtruetur.hæc eſt p̄ma ratio:cur non de
beāt ſe oratores eiuſmodi diffinitionibus aſtringere.   Deinde:ſed genere ipſo.i.ui : ac natura ipſi-
us diffinitio uidetur potius cōuenire pueris:hoc eſt ſcholaſticis:q̄ oratoribus.   Genere.i.ui.   Na-
tura.i.ꝓprietate.   Redolet.i.præ ſe gerit.   Tum:deinde.alia ratio:ꝙ qui præſūt iudicio:& foro :
nō poſſunt facile huiuſmodi diffinitiones percipe:qum orator debeat elaborare : ut quicqd dictū
fuerit ab omnibus intelligatur.   Ante enim p̄terlabitur:qum enim adeo breuibus :cōciſiſq́ uerbis
dicta fuerit:uix dicta eſt:qum memoria excidit.   Sed in eo genere:Poſtq̄ ſatis dixit de diffinitione
nunc redit ad generalē conſtitutionē:uidelicet cū generis controuerſia incidit.Generis autē contro
uerſiā diximus facere conſtitutionē generalem:& quas partes nunc generali conſtitutione ſubiicit:
eaſdem in arte noua legitimæ cōſtitutionis nominauit:uidelicet ſcriptū: & ſententiā: contrarias le-
ges:ambiguū:& ratiocinationē.Illud autem animaduertendū eſt:quod etiam ſuperius dixit:gene-
ris quæſtionē eſſe:qum quæritur quale ſit id de quo agitur:& ideo generalē conſtitutionē appella
uit.Eſt autē duplex:negocialis:& iuridicialis.De iuridiciali ſuperius ſatis dictū eſt:quæ diuiditur in
purgationē:& deprecationem.Relinquitur nūc:ut de altera parte dicatur:quæ negocialis dicitur:
quæ ſpectat ad duo tēpora:præſens:uel futurū:quæ in ipſo negocio iuris ciuilis habet controuerſi
am:cui diligētiæ iuriſcōſulti præeſſe exiſtimāt:& ideo recte ſubiicitur legitimæ.Nam a lege legiti-
mū deducitur.Legum autem interpretes ſunt iuriſcōſulti.   In quo : in qua conſtitutione generali.

qualſ ſit: quid: ambigiť: exiſtit etiā ex ſcꝑti ĩterpretatiōe ſæpe cōtētio: ĩ quo nulla pōt eē: niſi ex ambiguo cōtrouerſia. Nā illud ipſū qū ſcriptū a ſnīa diſcrepat genus quoddā habet ambiguū: qđ tū explicatur: qum ea uerba: quæ deſūt: ſuggeſta ſūt: quibus additis defenditur: ſententiā ſcripti perſpicuā fuiſſe. Ex cōtrariiſq; ſcriptis ſiquid ambigitur: nō nouum genus naſcitur: ſed ſuperioris generis cauſa duplicať: idq; aut nunq̄ diiudicari poterit: aut ita diiudicabitur: ut reuerēdis præteritis uerbis: id ſcriptum: quodcunq; defendimus: ſuppleatur.

Qualſ: quæritur quale ſit illud de quo agitur. Sæpe contentio: in quo dubitatur de qualitate rei uidelicet iuſta an iniuſta ſit. Ambigitur: dubitatur: & in controuerſiā uenit. Exiſtit: Nō ſolū inqt exiſtit cōtentio iure: an iniuria factū ſit. i. iuſtū ne ſit: an iniuſtū id đ quo agitur: ſed etiā in hac generali cōſtitutione exiſtit cōtrouerſia in ſcripto: qum aliquod ambiguū uidebitur ſcriptū eſſe. Illđ autē ambiguū cōſtat ex his partibus: ſcripto: ſentētia: cōtrariis legibus: diffinitione: ratiocinatione: ex quibus duas tm̃ partes hoc loco breuiter & ſuccīcte cōmemorat: atq; obſcure. nā niſi quis diligēter animaduertat: uix uerbis ipſis ꝑcipi pōt: ſed eas Cicero in arte noua planius tractauit. Interꝑtatione: Qum ſcriptū interpretandū ſit: uidelicet in ea parte cōſtitutionis: quæ appellať negocialis: qum quæriť ex iure ciuili: an ĩ ſcripto aliquo: ſiue teſtamento: ſiue lege obſcurꝰ aliquid interꝑtandū ſit: ſiue etiā cōtrariæ leges fuerint. Ambiguū: qđ in duas pluresue ſentētias trahi poſſit. In quo. ſ. ſcripto: uel genere interpretādi ſcripti. Ex ambiguo: Ergo uult ambiguo cuidā quaſi generi has partes negocialis cōſtitutionis eſſe ſubiectas: ut ambiguū ſit genus: & ſub eo cōtineantur partes: una quæ naſcitur ex cōtraria ſētētia unius legis. altera ex cōtrarietate duarū legū. Nam illud: Ecce quomodo nūc illud declarare incipit: uere inq̄ nulla cōtrouerſia naſci pōt in ſcripto: niſi ex ambiguo: quia ambiguū ē quoddā quaſi genus ad cōtrouerſiā ſcripti. Ambiguū: uidelicet ſub hoc genere: qđ ambiguū dicimus cōtinetur cōtrouerſia ſcripti: atq; ſentētiæ: qum ſcriptū aliud ſignificare uidetur: & ſentētia ſcriptoris alia fuiſſe uidetur. Quod: uidelicet ambiguū. Qum inqt cōtrouerſia inciderit ex ſcripto: & ſnīa: genus huius controuerſiæ ambiguū diciť: qđ explicať: qū ea uerba ſuppleta fuerint: q̄ ambiguū illud facere uidebātur: ut in illo teſtamēto Ciceronis: Vt Tullius hæres meus Terētiæ uxori meæ triginta pōdo uaſoꝝ argētoꝝ dato: q̄ uolet. hic ſcriptū & ſnīa ambiguitatē quādā habēt. Qum. n. ita dicat: q̄ uolet: ambiguum eſt utrius arbitrio dari oporteat. Dato: ꝓ det: uel ipſe hæres: uel Terētia. illa maioris ꝑcii uaſa petit. hic uero dicit ſe illi debere uaſa: quæ ipſe uoluerit: & ex hoc cōtrouerſia naſciť. ſed qum uerba ſuggeſta ſūt: uidelicet dato. xxx. pōdo uaſoꝝ: q̄ ipſe uolet: tūc deſinit eē ambiguū. uel e diuerſo: dato q̄ ipſa uolet: etiā remoueť ambiguū. Suggeſta: ſuppleta. Quæ deſūt: q̄ minus uidenť. Defendiť: ab utraq; parte ꝓ cōmodo ſuo. Ex cōtrariiſq; ſcriptis: Nūc inſtat Cicero ꝓbare: qđ ſupius cœperat: uidelicet cōtrouerſias oēs: q̄ ex ſcripto naſcūtur: eē unius gn̄is: qđ ambiguū appellať. Deinde docet multas eē ambiguoꝝ ſpēs: quoꝝ ſcia ē dialecticoꝝ. Ex cōtrariiſq; ſcꝑtis: uidelicet ex cōtrariis legibus. i. nō ambigue ſcriptis. cōtrouerſia q̄ ex cōtrario cōſiſtit: non ſeparať ab ambiguo. Nā qa leges cōtrariæ ſūt: ideo etiā ambiguū naſciť: ꝙ & duoꝝ ſcriptoꝝ cōtrarietas facit alterā q̄ſi partem ſubiectā ambiguæ. Cauſa duplicať: Quia ĩ hac cōtrouerſia ex duobus ſcriptis ambiguū cōſiſtit. in ſupiori ambiguo: ex uno ſcripto tm̃modo cōſtabat: ut dato q̄ uolet. Sed qū ex cōtrariis ſcriptis cōtrouerſia cōſiſtit: nō ē diuerſū genus a ſupiori. Nā ita ſub ambiguo cōtineť cōtrouerſia: q̄ ex cōtrariis legibus oriť: ut q̄ ex ſcripto: & ſnīa. Duplicať: qa illa tm̃modo ex uno ſcripto: hæc uero ex duobus cōſiſtit: qū duæ: aut plures inter ſe leges diſſidēt: tūc dicitur cōtrouerſia. Quæ ex cōtrariis ſcꝑtis Lex ē: indemortui locū q petat augur nominet: indemortui locū. i. q petat ſubſtitui ĩ locū eius: qui mortuus ē: nōdū exacto ipſius magiſtratus tpe. Nā cōſulis magiſtratus erat annuus: ſed ſi cōſul deceſſiſſet: qui petebat ſubſtitui: eū augur lege nominare poterat. Altera lex ē: q damnatus fuerit indemortui locū nominare nō pōt. Forte ita accidit: ut augur quidā dānatus de pecuniis repetūdis: eū qui ſubſtitui uellet: nominaret. hic oriť cōtrouerſia. Nā ꝙ augur ē: ei licet indemortui locū lege nominare: ſed qa dānatus erat repetūdis lege nomīare uetať: quō ergo ambiguum explicari poterit? uidelicet ſi referātur ab utroq;. ſ. deſēſore & accuſatore: q̄ cauſæ ſuæ ꝓſūt: q deſēdit dicit: licuiſſe auguri noīare indemortui locū: hoc modo: Lex ꝑmittit: ut augur q̄libet indemortui locū noīare poſſit: q uero accuſat ita refert: legē augur innocēs indemortui locū noīato: ergo uterq; rettulit ex cōmodo ſuo: ille q̄libet: hic uero ĩnocēs. Nouū. i. a ſupiori ſeiūctū. Supioris: qa cā erat unius ſcꝑti. Duplicatur: qa cā ē ambigui duoꝝ ſcriptoꝝ. Idq; aut: Et id ambiguū eiuſmodi ē: ut nunq̄ diſcerni: nunq̄ explicari poſſit: niſi uerba referanť: q̄ uel a ſcriptore: uel a legiſlatore ꝑtermiſſa eē uidebūtur. Verbis ꝑteritis: uel a ſcriptore: uel a legiſlatore: ut ĩ illa cauſa: q defendit augurē dicit: q̄libet. q

uero accuſat:dicit innocens augurˀ. Ita:Ergo ſequitur iſta concluſio:ut unũ genus.ſ.ambiguũ relinquatur. Ambiguoꝶ:Dicit autẽ ambiguoꝶ plura eſſe genera:quæ magis noſſe uidẽtur:qui dialectici appellãtur:ꝓpter cognitionẽ amphibologiarũ:quæ tractãtur ab illis.& hic Autonius ſentit cõtra illud:qđ in arte noua ipſe Cicero dixit:amphibologiæ cognitionẽ nõ modo adiumẽto eſſe:uerũetiam impedimento: ſed hoc ipſo excuſatur:quia ſub aliena pſona loquitur.Amphibologia:dicitur ambigue dictũ:qđ in diuerſas partes trahi poteſt. Qui.ſ.noſtri oratores. Qum:a ſuperiori

Ita fit:ut unũ genus ĩ iis caſ̃s : q̃ ꝓpter ſcriptũ ambiguũ tur:reliquatˀ:ſi ẽ ſcriptũ aliqd ambigue.Ambiguoꝶ autẽ cõplura gña ſũt:q̃ mihi identˀ melius noſſe: q dialectici appellantˀ.Hi autẽ nñi ignorare:q nõ minus noſſe debeãt:qũ illud ẽ freq̃ntiſſimũ ĩ oĩ cõſuetudine:uel ſermonis:uel ſcp̃ti:cũ iccirco aliqd ambigitˀ quin aut uerbũ:aut uerba ſint prætermiſſa.Iterũ autẽ peccãt:qũ genus hoc cauſaꝶ:qđ ĩ ſcp̃ti ĩterpretatione uerſatˀ ab illis cauſis:ĩ qbus qualis quæq; res ſit:diſcæptatˀ: ſeiũgunt nuſq̃ enim tãtũ quæritˀ:q̃le ſit genus ipſũ rei : q̃ ĩ ſcp̃to quod totũ a facti cõtrouerſia ſepatũ ẽ.Ita tria ſũt oĩno gña:quæ ĩ diſcæptationẽ:& cõtrouerſiã cadere poſſunt qd fiat:factũ:futurũue ſit: aut quomodo nomĩetˀ : nã & illud:quod quidã græci adiungunt:recte ne ſit factũ totũ ĩ eo ẽ qđ quale ſit q̃rimus. Sed iã ad inſtitutũ reuertar meũ.Qum igitˀ accepto cauſæ gñe:& cognito:rẽ

repetito.ſenſus ẽ:Illud inqt ſcriptũ frequentiſſimũ eſt ĩ eiuſmodi cauſis negocialibus:ut ſcriptũ a ſẽtẽtia diſcrepare uideatur:qum unũ uel plura defuerint uerba. Verbũ:Vt pauloante dicebat:ut dato quæ uolet: prætermiſſũ eſt:uel ipſe uel ip̃a Iterum peccãt:Primũ peccatum ẽ:quia qũ amphibologiarũ imperiti ſint:ambigua tractare neſciũt.ſecũdũ uero:quia ſcripti controuerſiam a generali cõſtitutiõe diſtinguũt:& hoc eſt ab illiſ cauſis qualis quæq; res ſit.i. a conſtitutionibus generalibus:ubi præcipue đ ui & genere rei quæritur. Seiungunt:ſeparant. Diſcæptatur:in quibus cõtrouerſia eſt. Nuſq̃:Vere inq̃ peccãt nõ mediocriter:qui hãc cõſtitutionẽ:quæ ex ſcripto naſcitur a generali cõſtitutione ſeparant:quia in ſcripto potiſſimũ quæritur de qualitate rei. Quale ſit.i.qualis ſit ipſius rei qualitas. In ſcripto.i.in controuerſia ſcripti. A facti cõtrouerſia.i.a coniectura.nam qum de facto ambigitur:cõiecturalis conſtitutio appellatˀ. Qum uero factũ conſtat:de qualitate rei quæritur:& generalis cõſtitutio appellatur : ut uerbi gratia:Qum agitur de uaſis argẽteis hæreditate legatis uxoris Terentiæ:de facto nõ ambigitur:nã factum fatetur:ſed qualitate.i.cuiuſmodi uaſa debeãtur.hoc modo:Debes triginta pondo uaſoꝶ argenteoꝶ?debeo:debeſ autem qualia ipſa uult.Ecce quomodo hic incipit eſſe cõtrouerſia:quia ille dicit:Immo debeo qualia ipſe uolo. Ita tria:Nũc quæ ſunt de cõſtitutionibuſ breuiter dicta:breui epilogo cõplectitur. In diſcæptationẽ:ꝓpter deliberatiuum genus.Ibi enim diſcæptatio dicitur : qum alius ſuadet:alius diſſuadet. Controuerſiã:iudiciale genus magis innuit:qum alter accuſat: alter defendit. Quid fiat:Coniecturalem conſtitutionẽ oſtendit:quæ in tria tẽpora diſtinguitur: præſens:præteritum:& futurũ. Quomodo nominetur:Diffinitiua eſt conſtitutio:qum de nomine uerbi ambigitur. Futurũue ſit:Nũquid Carthaginẽſes ſi cum ipſis pacẽ fecerimus in fide pmãſuri ſint? Factũ ne ſit:utrũ Vlyxes interfecerit Aiacem? Quale ſit:Generalis cõſtitutio ẽ:qum de genere facti cõtrouerſia naſcitur cõiecturalis eſt:quæ diuiditur:in iuridicialẽ:& negocialẽ:& ob eã rem reprehẽdit græcos:ꝙ iuridicialem ſepararũt a cæteris partibus.Nam id qđ græci adiungunt: recte ne factũ ſit?Hoc manifeſtũ eſt cõtineri ſub generali cõſtitutione:uidelicet ſub ea parte quæ iuridicialis dicitur. In eo:in ea cõſtitutione. Recte ne factũ.i.iure:an iniuria?

SED IAM AD INSTITVTVM:Hoc eſt quintum caput:ubi dicetur:quomodo cõſtitutione cauſæ inuenta:iudicationem reperire debemus:ad quã totius orationis ratio conferenda eſt. Deinde generalia quædam de triplici orationis effectu.Poſtremo de duplici perſuaſione:ſcilicet artificiali & inartificiali.Poteſt hoc caput in tres partes diuidi.In prima oſtendit quomodo iudicatio inueniatur.In ſecunda oſtendit triplicem orationis effectum.In tertia oſtendit duplicem eſſe perſuaſionẽ artificialem:& ſine artificio. Sed iam:Quia ſuperius quaſi digreſſionem quandam fecerat : dum reprehendit eos:qui ſeparant ſcripti controuerſiam a cõſtitutione generali:& reprehẽdit eos : qui amphibologiarũ ignari eſſent.Quandoquidem inquit oſtendi:quomodo artis ſcriptores reprehendendi ſunt:qui ſcripti cõtrouerſiam a cõſtitutione generali ſeparãt : nunc ad ꝓpoſitũ reuertar. Qum igitˀ.i.cõſtitutione cauſæ inuẽta:ſiue cõiecturali:ſiue diffinitiua:ſiue gñali. Rẽ cognitam: Sic enim præcæpit ſuperius:diligentiã nõ mediocrem adhibendã eſſe:ut rem cauſãq; noſcamus.

Nihil prius.i.nihil aliud ago:uel cõſtituo:q̃ iudicationẽ inuenio.i.poſt cognitã cauſã:& cauſæ in/
ſtitutionẽ inuentã:nihil ꝓus ago:uel cõſtituo. Quõ mihi ſit.i.quõ inueniẽda ſit iudicatio : ad quã
oĩs orationis noſtræ ratio cõferatur. Quæſtionis:ut feciſti? nõ feci.quæſtio ẽ:an fecerit?& in cõie/
cturali cõſtitutione quæſtio ẽ:eadẽ quæ & iudicatio.nã quia factũ negatur:facti ratio nulla affertur
& ob eã rem neceſſe ẽ:ut cõiecturis uerũ quæratur.Nam qui accuſant:factũ eſſe cõtendũt:qui defẽ
dũt factũ eẽ negãt.At uero in aliis cõſtitutionibus ex ratione defenſoris:& ex firmamẽto accuſato/
ris quæſtio naſcat̃ oportet.

tractare cœpi:nihil prius cõſtituo:q̃ quid ſit illud:quo
mihi referẽda ſit omnis illa oratio : quæ ſit ꝓpria quæ/
ſtionis:& iudicii.deinde illa duo diligẽtiſſime cõſidero
quorũ alterũ cõmendationem habet noſtrã : aut eorũ:
quos defendimus: alterũ eſt accõmodatum ad eoꝝ ani
mos:apud quos dicimus:ad id qđ uolumus : cõmouẽ
dos.Itaq; ratio omnis dicẽdi tribus ad ꝑſuadẽdũ rebus
eſt nixa:ut ꝓbemus uera eſſe:que defendimus:ut con/
ciliemus nobis eos:qui audiũt : ut animos eorũ ad quẽ
cũq; cauſa poſtulabit motũ:uocemus.Ad ꝓbandũ au
tem duplex ẽ oratori ſubiecta materies:una rerũ earum
quæ nõ excogitantur ab oratore:ſed in re poſitæ:ratio/
ne tractãtur:ut tabulæ:teſtimonia:pacta: cõuẽta:q̃ſtio
nes:leges : ſenatuſcõſulta:res iudicatæ:decreta: reſpõſa

Iudicii:Quod ex quæſtio
ne naſcit̃:quã iudicationem
nos: græci uero κρινώμεν/
ον.i.iudicationẽ.Nã κρινω
græce : latinæ iudico . Inde
κρινώμενον iudicatio. Iudi
catur enim factũ in cõiectu
rali cõſtitutione: qũ utrinq;
peroratũ fuerit:& in iuridi/
ciali iudicabit̃ factũ ne ſit:iu
re:an iniuria? Quæſtionis
ſ.iudicii.i.iudicatiõis. De/
inde:recto ordine procedit
Primo quidẽ diligenter de
bemus cognoſcere cauſam
& cauſæ cõſtitutionẽ. dein/
de ipſas iudicationes:ad q̃s
oĩs quæſtionis ratio cõfera
tur. Tertio:quæ cõmoda &
ĩcõmoda ſint nobis:& quæ
cõmoda rurſus:& incõmo/
da ſint aduerſariis.Nã bona noſtra ad id ualẽt:ut auditoꝝ animos nobis cõciliemus:mala uero ad
uerſarioꝝ.i.uitia ad id ualẽt:ut aduerſus ipſos odiũ:& iracũdiã cõcitẽt.Rurſus ĩcõmoda nr̃a ad id
ualẽt:ut nobis beniuolos reddamus auditoꝝ animos:cõmoda uero aduerſarioꝝ amplificãdo eos
in odiũ:& ĩuidiã rapimus. Illa duo:uidelicet bona nr̃a:& mala aduerſarioꝝ. Denide: Infert An/
tonius dicẽs:Quãdoquidẽ ad cõfirmationẽ cauſæ noſtræ:& ad cõfutationẽ aduerſarioꝝ hæc duo
accõmodata ſũt:alterũ ꝙ nobis cõciliet auditoꝝ aĩos:alterũ ꝙ cõmoueat ĩ aduerſarios : ſeq̃tur tri/
plicẽ orationis effectũ.i.tripliciter ꝑſuaderi:docẽdo:monẽdo:cõciliãdo. Cõmouẽdis.ſ.cõtra ad/
uerſarios incitãdo. Eoꝝ:Qum.n.laudamus aliq̃d ĩ cliẽtibus nr̃is:ad cõciliãdos auditoꝝ aĩos plu/
rimũ ualet. Alterũ:uidelicet uitia aduerſarioꝝ:& eoꝝ cõmoda ualẽt:ut aduerſus eos concitemus
auditoꝝ aĩos:q̃a ſiq̃d uitii aduerſarioꝝ oñderimus:qđ ĩ arte ueteri & noua didicimus:adducemus
eos ĩ odiũ & ĩuidiã.In odiũ aũt adducemus:ſi uitia eoꝝ apiemus:ſpurce:ſupbe:cõtumelioſe: flagiti
oſe aliq̃d factũ eẽ oñdẽtes.Ad odiũ cõcitabimus:rurſus:ſi cõmoda eoꝝ amplificauerimus: eos iui/
ſos faciemus.i.ĩ ĩuidiã deducemus:ut ſi nobilitatẽ:dignitatẽ:diuitias:opes:cliẽtelas aduerſarioꝝ p̄/
dicemus. Eoꝝ.ſ.q audiũt. Itaq;:Infert gͦ ex his rõnibus triplicẽ eẽ ſuadẽdi rõem:& rõnis effectũ:
docẽdo:cõciliãdo:mouẽdo. Nixa:firmata:& poſita. Quæ defẽdimus:uidelicet ad cõfirmatio/
nẽ noſtroꝝ argumẽtoꝝ:& aduerſarioꝝ cõfutationẽ ualet. Ad q̃cũq;:ad odiũ:ad inuidiã:ad miſe/
ricordiã:ad ĩdignationẽ. Ad ꝓbandũ:Poſtq̃ oſtẽdit triplicẽ eẽ ꝑſuadẽdi rationẽ:nũc quõ unũq̃d/
q; eoꝝ fieri debeat ꝑcipit:& p̄mo oñdit quõ ꝓbare poſſimus:cuius duplicẽ docet eẽ rõnem:unã:q̃
ſimul cũ cauſa ſumit̃:& nullã oratoris cogitationẽ deſiderat.alterã:q̃ tota in oratoris ĩuẽtione cõſi/
ſtit. In re.i.in cauſa de q̃ agit̃. Ratione:Formãdis argumẽtis cũ ratione:quæ illis ineſſe debet. nã
argumẽta oĩa:ſiue cũ cauſa ueniãt:ſiue cogitatione noſtra inueniant̃:certa quadã rõne tractãda ſũt
Vt tabulæ:Oſtẽdit quænã ſint ea:quæ ĩ re ipa poſita ſũt:nec ab oratore ĩueniũtur. Tabulæ: ſi cã
noſtra aut in tabulis teſtamẽti:uł ſtipulationũ cõtinetur:aut teſtimoniis cõfirmat̃:aut pacto:aut cõ
uẽto:aut q̃õnibus:aut legibus:aut ſenatuſcõſultis:aut decretis:aut reſpõſis:hinc poterimus ad ꝓbã
dũ plurimũ adiumẽti ſumere. Teſtimonia & q̃ões:Ex his duobus uerũ inuenit̃:ſed hoc differũt
ꝙ ueritas teſtimoniis exq̃rit̃:q̃õnibus extorquet̃.Nã qũ teſtes ꝓducti teſtimoniũ dederint rei : de q̃
agit̃:tũc ueritas eluceſcit:pari rõne:qũ is q ĩ tormẽtis habet̃:uerũ dicere cogit̃. Pacta:ſiq̃d ĩter ſe pe
pigerint:id etiã ꝓbationẽ plurimũ iuuabit ſine ꝑſoni labore. Cõuẽta:eodẽ modo:ſiq̃d cõuenerit
ĩter aliquos:ut emẽdo:uẽdẽdo:locãdo:cõducẽdo . Queſtiones:ut dixi ĩ tormẽtis. Leges:ſi leges
ſcriptæ fuerint. Senatuſcõſulta:ſiq̃d ad cauſã noſtrã ꝑtinebũt. Res iudicata:prætoꝝ. Decreta:
ſcilicet principum. Reſponſa:prudẽtũ.Hæc omnia ſupradicta ab oratoribus cũ cauſa accipiunt̃.

Siquæ ſint.ſ.eiuſmodi:ut cruor in ueſtimẽtis:ut liuor in corpore mortui:& ſimilia.  A cã:quæ in quæſtionibus:aut teſtimoniis audita fuerint.  Reus:quicũq; accuſatus fuerit:ſiue iure:ſiue iniuria: ille reus dicitur.  Altera:Dixit duplicẽ eſſe rationẽ ꝓbationis:una quæ cũ cauſa ſumit̃:& nulla oratoris cogitatione indiget.altera quæ tota ad oratorẽ ꝑtinet.In qua neceſſe ẽ:ut plurimũ induſtriæ: ac laboris ponat:ut inueniat ea quæ cauſã ſuã adiuuẽt.hæc autẽ ſũt:quoꝝ extrinſecus ratio inuenit̃ ex his:quæ aut ꝑſonis:aut negociis attributa ſint:ut in ſequẽtibus dicetur.  In diſputatione.i.in tractatione argumẽti. argumẽtatio ẽ ipſius argumenti tractatio. Argumẽtũ eſt:qđ ex loco nudũ ſumitur : ut uerbi gratia:Si peperit:cũ uiro cõcubuit. locus qui ſedes ẽ argumẽti:ẽ a cõſequẽtibus. Argumentũ autẽ eſt ipſa res quæ ex cauſa cõſequitur:& & ideo peperiſſe:& cũ uiro cõcubuiſſe:cõſequentia ſũt nam unũ ex altero ſequitur ergo dicimus locũ eſſe a cõſequẽtibus : & argumẽtum nudũ eſſe: argumentationẽ uero ipſius argumẽti tractationẽ appellamus.  In ſuperiori genere: argumentorũ quæ cum cauſa deferuntur ad oratorẽ.  De tractandis argumentis:per argumentationẽ:quæ ampliſſima quidẽ quinq;partita.ex ꝓpoſitione: ꝓpoſitionis ratione:exornatione:& cõcluſione.breuiſſima tripartita:ex ꝓpoſitione:aſſũptione:ſiue ratione:& cõcluſione.mediocris:quatripartita ſublata exornatione:uel cõplexione.  In ſuperiori genere:ubi res ipſa argumẽta nobis ſuggerit:unus labor eſt tractãdi.ſ.  In hoc autẽ:in hac ꝓbatione: q̃ ſumitur ex attributis ꝑſonæ & negocio duplex:tractãdi.ſ.& inueniẽdi argumẽta.  Atq; iſti qdem: Ex tribus ꝓprietatibus orationis:quæ ad ꝑſuadendũ ualẽt.ſ.docere:ſiue ꝓbare:conciliare:mouere aggreſſus eſt ꝑmam.i.ꝓbare. Dixit autẽ duo genera argumentoꝝ eẽ:quibus utitur orator ad cõfirdam cauſã.unũ qđ ſimul cũ cauſa traditur.alterũ:qđ ab ipſo oratore excogitatur. Nũc ꝓſequit̃ qđ facere inſtituerat:& rhetoꝝ ꝑmo præcæptã oſtẽdit:deinde quid ſibi faciendũ eẽ uideatur declarat Rhetores inqt:qui de dicẽdi ratione præcæpta tradũt:cõſtitutiones:& conſtitutionũ partes ꝑmo ꝓponunt:deinde ſingulis cõſtitutionibus ꝓpria quædã præcæpta ſubſtituũt:at nos aliter faciendũ ſentimus.Id enim qđ iſti faciũt:potius ad adoleſcẽtes ꝑtinet:ut argumẽta parata habeant:qũ declamandũ fuerit.Nos uero:qui cauſas in foro agimus:oportet argumentoꝝ fundamẽta ĩtelligere: ut nobis ad omnẽ cauſã utilitati eẽ poſſint.generalia igitur præcæpta eẽ uolumus:non ſpecialia.  In plura genera.i.in cõſtitutiones:cõſtitutionũq; partes.  Secuerũt:diuiſerũt.  Generibus:cõſtitutionibus.  Suggerũt:ſubiiciũt:ſicut Cicero in arte noua:& ueteri fecit.Nã ꝓpoſitis cõſtitutiõibus ſingulis ſua cuiq; argumẽta diſtribuit.  Quod &:Poſtq̃ reddit rationẽ:cur ita faciãt:nũc dicit:qd ipſe faciat.Primo quidẽ nõ negat utilia eſſe hæc adoleſcẽtibuſ:qui ſe exercere cœperint.Deinde dicit aliã adoleſcentũ:& aliã oratoꝝ:qui cauſas agũt:eſſe rationẽ dicendi.  Quod:uidelicet ſua cuiq; cõſtitutioni argumẽta ſubiicere.  Vt ſimulac poſita cauſa:cõſtitutione cauſæ:uel cõiecturali:uel diffinitiua:uel generali:& partibus earũ.  Habeãt.ſ.argumẽta.  Quo:ad quæ argumẽta.  Vnde.i.a q̃bus argumẽtis.  Depromere:ꝓferre.  Tardi ingenii:Hoc inquit eſt tardioris ĩgenii.  Riuulos cõſectari.i.argumẽta aliunde ſumpta.Trãſlatio eſt a fõte:de quo riuuli deriuãtur. Queadmodũ inqt riuuli de fonte deriuãtur:ita hæc argumẽta tradita rhetoribus:aliũde ſumpta ſũt:hoc modo: Qui amore ardet:amatã cõcupiſcit:argumentũ erit.Fons autẽ argumenti ſumptus erit ab adiunctis negocio ex genere & ſpecie.Cupere genus ẽ:pars eſt amor.Nã ſi ſpecies cõceditur:genus negari non põt:hoc modo:ſi amat:ergo cõcupiſcit:& ſicut ſpecies generis:ita etiã amor pars eſt cõcupiſcẽtiæ: & hoc ſentit Antonius:nõ modo argumẽta eſſe tenẽda:ſed argumentoꝝ originẽ:ut oĩa quæ ab eodem fonte manare poſſũt:qum opus erit:inueniamus.  Fontes.i.originem ipſoꝝ argumentoꝝ. Et ætatis:Præterea nec ætatem: nec conſuetudinem noſtrã decet ſpecialiter argumẽta ꝓponere. Aetatis:qui grauiores ſumus.  A capite:ab origine.  Arceſcere.i.ab ipſa origine ſumere:ideſt a loco:qui ſedes eſt argumẽti.  Et primum genus earũ rerũ:ſenſus eſt:Inter cætera argumenta ea potiſſimum parata eſſe debere:quæ ſimul cũ cauſa traduntur:id autem quãobrem continuo declarat.

reliqua:ſiquæ ſunt:quæ nõ ab oratore pariũtur:ſed ad oratorẽ a cauſa:atq; a reis deferũtur. Altera eſt quæ tota in diſputatione & argumẽtatione oratoris collocata eſt:ita in ſuperiori genere:de tractãdis argumẽtis:ĩ hoc autẽ etiã de inueniendis cogitandũ eſt. Atq; iſti quidẽ: qui docẽt:qum cauſas in plura genera ſecuerũt:ſingulis generibus argumentoꝝ copiã ſuggerũt:qđ & ſi ad ĩſtituẽdos adoleſcẽtulos magis aptũ ẽ:ut ſimulac poſita ſit cauſa:habeãt:quo ſe referãt:unde ſtatĩ expedita poſſint argumẽta depromere:tñ & tardi ĩgenii ẽ:riuulos cõſectari: fõtes reꝝ nõ uidere:& ætatis ẽ:uſuſq; nñi:a capite:qđ uelimus:arceſcere:& unde oĩa manãt:uidere:& ꝑmũ genus illud earũ rerũ:quæ ad oratorem deferũtur:

meditatū nobis in perpetuū: ad omnē uſū ſimiliū reꝝ eſſe debebit:nā & ꝓ tabulis:& cōtra tabulas:& ꝓ teſtibus:& cōtra teſtes: ꝓ quæſtionibus:& cōtra quæſtiōes: & itē de cæteris rebus eiuſdē generis: uel ſeparatim dicere ſolemus de genere uniuerſo: uel definite de ſingulis tēporibus:hominibus:cauſis: quos quidē locos uobis hoc Cotta & Sulpiti dico:multa cōmētatione atq; meditatione paratos:atq; expeditos habere debetis. Lōgū eſt enim nūc me explicare:qua ratione:aut cōfirmare: aut infirmare teſtes:tabulas:quæſtiones oportet. Hæc ſūt omnia ingenii:uel mediocris: exercitationis autem maxime:artē quidē & præcæpta dūtaxat hactenus requirūt:ut cæteris dicēdi luminibus ornētur. Itēq; illa: quæ ſūt alterius generis:quæ tota ab oratore pariūtur: excogitationē nō habēt difficilē:explicationē magis illuſtrē perpolitāq; deſiderant. Itaq; qum hæc duo nobis quærenda ſint in cauſis:ꝑmū quid:deinde quomodo dicamus:alterū:qđ totū arte incinctū uidetur:tametſi artē requirit:tamē prudētiæ ē pene mediocris: qd dicēdū ſit:uidere:alteꝝ ē ī quo oratoris uis illa diuina utriuſq;

Meditatum.i.exercitatū:meditari exercere ſignificat:& hoc loco paſſiuū eſt.Multa enim:q̄ apud nos deponētia ſunt:apud antiquos actiue & paſſiue ſignificationis inueniebātur cōmunia. Similiū:uidelicet qum ſimiles res inciderint tractādæ nobis. Nam & ꝓ tabulis:Ecce quæ ſint res: quæ oratori tenēdæ ſunt:ut præparati ſint:& ē ratio:cur uelit ea:quæ ſimul cū cauſa tradūtur:ab oratoribus:diligēter exerceri.Dicit enim res:quæ ſimul cū cauſa nobis tradūtur:eo diligēter ꝑcipi uolumus:ꝙ & infinite ꝑ theſim tractātur:& diffinite ꝑ hypotheſim:nā id eſt:qđ dicit de gñe uniuerſo.i. de quæſtione infinita:q̄ circunſtātiis ſeiuncta eſt.& finite.i.de quæſtione finita:q̄ iplicita eſt circūſtantiis: certatū perſonarū:reꝝ & locorum.Hæ enim circūſtantiæ ſunt:ut uerbi gratia: Siquis cōtra teſtes dixerit:dupliciter dicere poterit:& uniuerſaliter:& finite. Vniuerſaliter:teſtibus credendū nō eē in quibus gratia:metus:odium officiunt. Diffinite: teſtibus credendū nō eſſe.Nā ſeruo fides habēda non eſt: qui nihil ꝓ aduerſariis contra dominū diceret:eodem modo de cæteris eiuſmodi dicendū eſt argumētis. hoc igitur ſentit Antonius: quo nobis taliū argumētoꝝ utilitas maior eſt:diligētius ꝑcipiēda. Pro tabulis.i.pro ſtipulationibus:cōtra ſtipulationes.: & teſtibus contra teſtes. Teſtibus: Credēdū eſſe teſtibus: uniuerſalis eſt quæſtio:& ideo infinita.eodem modo teſtibus credendum nō eſſe e diuerſo. Separatim.i.ſolemus per theſim tractare.i.per quæſtionē infinitā:quæ ſeparata eſt a circunſtantiis. Definite.i.per quæſtionē finitā.i.implicitā circunſtātiis locoꝝ:rerum:& ꝑſonarum. Singulis temporibus.i.certis diffinitis.Scimus enim has eē circūſtantias:quis:quid:ubi:quibus auxiliis:cur:quomodo:quando. Quos.ſ.cū cauſa cōiunctos. Multa cōmentatione:ut.ſ.memoriæ mandetur. Expeditos.i.promptos præludio quodā:qđ græci μελει appellāt. Longū.Ideo inquit uolo hæc expedita & parata uobis eſſe:quia ſiquis declarare uellet uobis:quomodo cōfirmare:aut infirmare tabulas:quæſtioneſq; oporteat:nimis longū:ac perplexū erit. Hæc ſūt omnia:Primo quidē excuſat:cur nolit de ſingulis præcæpta dare. ꝑmo:qa ꝓlixū:deinde qa nō ē neceſſariū:qa qlibet ingenii:etiā mediocris poterit a ſeipſo ꝑcipere:quō hæc argumētoꝝ gña cōfirmari:aut īfirmari debeāt Exercitationis maxime:Neceſſe eſt ergo:ut in his multū ſe exerceat orator. Hæc.ſ.tabulæ:& q̄ſtiones. Certis luminibus.i.certis exornationibus uerboꝝ & ſniaꝝ.Nā exornationes uerboꝝ & ſniaꝝ ſūt quædā q̄ſi lumina oratiōis.Id.n.fit qū argumētatio artificioſa his etiā argumētis adhibet q̄ cū cauſa ueniūt. Itēq; illa q̄ ſūt alterius:Similiter nec illa inqt:q̄ ab oratore excogitant̄ argumēta tā difficile ē īuenire q̄ tractare. Excogitationē.i.inuentionē. Explicationē:expoſitionē ornatā:& ꝑpolitā.ſenſus ē ergo:Duo gña argumētoꝝ eē:unū qđ ſua ſpōte offert̄:nec ulla arte niſi exornatione indiget:ut tabulæ:reſpōſa:decreta:& reliqua. Alterū:qđ nō cū cauſa uenit: ſed ab oratore repitur:q̄ ſūt ab attributis ꝑſonæ:& negociis: & ī his argumētis neceſſe ē:ut orator nō nihil laboret īueniēdis:ſimul & exornādis:ġ elocutio utriq; cōuenit:alteri qdē ſola:alteri uero cū īuētione cōiūcta. Itaq;:Cōcludit ergo a ſuꝑiori:qñquidē duo gña argumētoꝝ ſe ita habēt:ut alteꝝ ꝑ ſe offerat̄: alteꝝ uero ab oratore īueniat̄.ſeqtur difficile nō eē qd dicas īuenire:ſed tm̄modo exornare. Quid: īuētionis ē. Quō:elocutiōis ē. Alteꝝ.ſ.qd dicat̄ īuenire:artē qdē deſiderat:ſed nō difficilē. Mediocris.i.mediocriter prudēs orator:qū ſibi ꝓpoſita fuerit cā:poterit ex ea ſumere argumētū: uidelicet ex attributis ꝑſonæ:& negociis. Alterū:uidelicet quō dicat̄:exqrere totū ē oratoriæ facltatis

Ornate copioſe uariæq;:nã id oratoris ẽ ꝓpriũ:mltis uariiſq; rebus exornare & locupletare oratione. Quare illã:Quãdoquidẽ duo ſũt ĩ qbus potiſſimũ elaborare debet orator:inuẽtio.ſ.& elocutio.Nã ex qnq; partibus rhetoricæ facultatis:dicit duas ꝑcipue oratori eẽ neceſſarias.ſ. ĩuẽtionẽ: & elocutionẽ.Ego qdẽ de ĩuẽtione dicere conabor:exornationis uero partẽ Craſſo relinquã. Illã partẽ.ſ.inuẽtionis. Quoniã ſemel.i.quoniã ſemel ita placitũ ẽ:id.n.ſũmopẽ ab Antonio petierũt Cotta & Sulpitius. Interim:dũ ego uobis eiuſmodi expedio argumẽta. Cõſequar.ſ. ꝑcipiẽdo:cᷣ

cernitur:ea q̃ dicẽda ſunt:ornate:copioſe:uarieq; dicere Quare illã ꝑtem ſuperiorẽ: quoniã ſemel ita uobis placuit:nõ recuſabo quo minus perpoliã: atq; conficiam: quantũ conſequar:uos iudicabitis:qbus ex locis:ad eas tres res:quæ ad fidẽ faciendã ſole ualẽt:ducatᷣ oratio:ut & cõcilientᷣ animi:&doceantᷣ: & moueantᷣ.Hæc ſũt enĩ tria:ea uero quẽadmodũ illuſtrentᷣ:præſto eſt: qui oẽs docere poſſit:qui hoc primũ in noſtros mores induxit: q maxime auxit:q ſolus effecit. Nanq; ego Catulle(dicam enĩ non reuerẽs aſſẽtandi ſuſpitionẽ)Neminẽ eſſe oratorẽ paulo illuſtriorẽ arbitror: neq; græcũ neq; latinũ :quẽ ætas noſtra tulerit:quẽ nõ & ſæpe tulerĩ:& diligẽter audierim. Itaq; ſiqd ẽ in me:qdᷣ iã ſpare uideor quãdo qdẽ uos:his ĩgeniis hoĩes : tãtum opere mihi ad audiẽdũ datis:ex eo ẽ:q nihil qſq̃ unq̃ me audiẽte ægit orator:qdᷣ non ĩ memoria mea penitus inſederit. Atq; ego is:qui ſum:quãtuſcumq; ſum : ad iudicãdum omnibus auditis oratoribus ſine ulla dubitatiõe:ſic ſtatuo & iudico neminẽ omniũ:tot & tãta:quanta ſint ĩCraſſo habuiſſe ornamẽta dicẽdi.Quamobrem: ſi uos quoq; hoc idem exiſtimatis : non erit(ut opinor)iniqua partitio:ſi cũ ego hunc oratorẽ: quẽ nũc fingo(ut inſtitui) crearo:aluero:confirmaro:tradã eum Craſſo:& ueſtiendum:& ornãdũ: Tum Craſſus : Tu uero ĩquit Antoni

hac maxima rhetoricæ facultatis parte. Quibus:Nam ſicut ſupius dixit:hi ſũt effectus orationis:ut cõciliẽtur in ꝑncipiis auditores:doceantᷣin cõfutatione & narratione:& moueãtur in cõcluſione ſiue ꝑoratione:q̃ tñ ꝑ totã orationẽ faciẽda ſũt:ut etiã ſẽtire uidetᷣ Antonius. Quẽadmodũ:unde inueni antᷣego me dictururũ ꝓfiteor quõ uero exornẽtur : adeſt hic Craſſus. Illuſtrentur.i. exornẽtur inuẽta:& oſtẽdit tantã eẽ exornãdi facultatẽ in Craſſo:ut oĩum oratorũ quoſ unq̃ uiderit & audierit Craſſũ ꝑſtãtiſſimũ eẽ cõfirmet. In romanos.i.a græcis trãſferẽda:& bono ordine ꝓcedit.ꝑmo nouũ aliqd in cõſuetudinẽ adducitᷣ dei de augetᷣ:poſtea cõfirmatᷣ. Nãq;:Hoc eſt qdᷣ Antonius dicit in laudẽ Craſſi:ſe oratores oẽs:q ubiq; ſint ætatis ſuæ audiuiſſe diu adeo ut q̃cũq; ĩ eis notanda ſint: memoriæ mãdarit:& tamẽ ex oĩbus oratoribus ſe iudicare ꝑſtantiſſimũ eẽ Craſſũ:& ꝓpterea dicit Craſſũ ipſum optime exornãdi partẽ tractare poſſe. Nõ aſſentãdi:

CVM e Cilicia decedens Rhodum ueniſſem: & eo mihi de Qu. Hortenſii morte eſſet allatū opinione omnium maiorē animo cœpi dolorē. Nam & amico amiſſo: qum conſuetudine iucunda: tum multoꝝ officioꝝ coniunctione me ꝑuatum uidebam: & interitu talis auguris dignitatem noſtri collegii diminutā dolebam: qua in cogitatione & cooptatum me ab eo collegium recordabar: in quo iuratus iudicium dignitatis meæ fecerat: & inauguratū ab eodē. Ex quo augurū inſtitutis in parentis eum loco colere debebam. Augebā etiā moleſtiā: ꝙ magna ſapientiū ciuiū: bonorūqꝫ penuria: uir egregius cōiunctiſſimuſqꝫ mecū conſilioꝝ omniū ſocietate alieniſſimo reip. tpe extinctus: & auctoritatis: & prudētiæ ſuæ triſte nobis deſideriū reliquerat. Dolebāqꝫ ꝙ nō ut plærıqꝫ putabāt aduerſariū: aut obtrectatorē laudū mearū: ſed ſociū potius: & conſortē glorioſi laboris amiſerā. Etenim ſi i leuioꝝ artiū ſtudio memoriæ ꝓditum eſt: poetas nobilis poetarū æqualiū morte doluiſſe: quo tandē aīo eius interitū ferre debui: cum quo certare erat glorioſius: q̄ omnino aduerſariū non habere? qum ꝑſertim nō modo nunq̄ ſit: aut illius a me curſus impeditus: aut ab illo meus: ſed cōtra ſemꝑ alter ab altero adiutus: & cōmunicādo: & monēdo: & fauēdo. Sed quoniā ꝑpetua quadā fœlicitate uſus: ille ceſſit e uita ſuo magis: q̄ ſuoꝝ ciuiū tēpore: & tum occidit: qū lugere facilius rēp. poſſet ſi uiueret: q̄ iuuare. Vixitqꝫ tam diu: q̄ licuit in ciuitate bene beateqꝫ uiuere: noſtro incōmodo detrimētoqꝫ: ſi eſt ita neceſſe doleamus: illius uero mortis opportunitatem beniuolētia potius: q̄ miſericordia ꝓſequamur: ut quotienſcūqꝫ de clariſſimo: & beatiſſimo uiro cogitemus: illū potius: q̄ noſmetipſos diligere uideamur. Nam ſi id dolemus: qđ eo nō iam frui nobis nō licet: noſtrū eſt id malū: qđ modice feramus: ne id nō ad amicitiā: ſed ad domeſticam utilitatē referre uideamur. Sin tanq̄ illiipſi acerbitatis aliqd acciderit angimur: nō ſūmam eius fœlicitatē nō ſatis grato aīo interꝑtamur. Etenim ſi uiueret Qu. Hortēſius cætera fortaſſe deſideraret una cū reliqs bonis: & fortibus ciuibus. Hūc aūt & ꝑter cæteros: aut cū paucis ſuſtineret dolorē: qum foꝝ. p. r. qđ fuiſſet: quaſi theatrū illius ingenii uoce erudita: & romanis græciſqꝫ auribus digna ſpoliatū atqꝫ orbatū uideret. Equidē angor aīo nō cōſilii: nō ingenii: nō auctoritatis armis egere remp. quæ didicerā tractare: qbuſqꝫ me aſſueſcerā: quæqꝫ erāt ꝓpria: qū præſtātis in rep. uiri: tum bene moratæ: & bene cōſtitutæ ciuitatis. Quod ſi fuit in rep. tēpus ullum qum extorquere arma poſſet e manibus iratoꝝ ciuiū: boni ciuis auctoritas & oratio: tum profecto fuit: qum patrociniū pacis excluſū eſt: aut terrore hominū: aut timore: ita nobiſmetipſis accidit: ut q̄q̄ eēnt multo magis alia lugēda: tamē hoc doleremus: ꝙ quo tēpore ætas nr̄a ꝑfuncta rebus ampliſſimis: tanq̄ in portū cōfugere deberet: non inertiæ: neqꝫ deſidiæ: ſed ocii moderati: atqꝫ honeſti: qūqꝫ ipſa oratio iam noſtra caneſceret: haberetqꝫ ſuam quandā maturitatē: & quaſi ſenectutē: tum arma ſūt ea ſumpta: qbus illiipſi qui didicerāt ei ſ uti glorioſe: quemadmodū ſalutariter uterētur: nō repiebant. Itaqꝫ ei mihi uidētur fortunate: beateqꝫ uixiſſe: qū i cæteris ciuitatibus: tum maxime in noſtra: qbus cū auctoritate reꝝqꝫ geſtarū gloria: tū etiā ſapientiæ laude ꝑfrui licuit. Quoꝝ memoria: & recordatio in maximis noſtris grauiſſimiſqꝫ curis iucūda ſane fuit: qum in eam nuꝑ ex ſermone quodā incidiſſemus. Nam qum inambularē i xiſto: & eſſem ocioſus domi. M. ad me Brutus ut cōſueuerat cū Tito Pomponio uenerat: homines qum inter ſe cōiuncti: tum mihi ita chari: itaqꝫ iucūdi: ut eoꝝ aſpectu: oīs quæ me angebat de rep. cura cōſederit: quos poſtq̄ ſalutaui: qd uos inq̄ Brute: & Attice nūc? quid tādē noui? Nihil ſane inqt Brutus qđ quidē aut tu audire uelis: aut ego pro certo dicere audeā. Tum Atticus eo inqt ad te animo uenimus: ut de rep. eēt ſilentiū: & aliqd audiremus potius ex te: q̄ te afficeremus ulla moleſtia. Vos uero inq̄ Attice & præſentē me cura leuatis: & abſenti magna ſolatia dediſtis. nā ur̄is ꝑmū lr̄is recreatus: me ad ꝑſtina ſtudia reuocaui. Tū ille: legi inqt ꝑlubēter epiſtolā quā ad te Brutus miſit ex Aſia: q̄ mihi uiſus ē & monere te prudēter: & conſolari amiciſſime. Recte inq̄ eſt uiſus: nā me iſtis ſcito lr̄is: ex diuturna ꝑturbatiōe totius ualitudinis: tanq̄ ad aſpiciendā lucem eſſe reuocatū. Atqꝫ ut poſt Cannenſem illā calamitatē primū Marcelli ad nolam prælio populus ſe romanus erexit: poſteaqꝫ ꝓſpere res deinceps multæ conſecutæ ſunt: ſic poſt rerum noſtrarū & cōmunium grauiſſimos caſus: nihil ante epiſtolam Bruti mihi accidit qđ uellē: aut qđ aliqua ex parte ſollicitudines alleuiaret meas. Tum Brutus: uolui id qdem efficere certe: & capio magnū fructū: ſiqdē qđ uolui tāta i re cōſecutus ſū. Sed ſcire cupio quæ te Attici litteræ delectauerint? Iſtæ uero inq̄ Brute nō modo delectationē mihi: ſed etiā ut ſpero ſalutē attulerūt. Salutē inquit ille? quodnā tādem genus iſtuc tam præclaꝝ litterarum fuit?

An mihi potuit inq̄ eſſe: aut gratior ulla ſalutatio: aut ad hoc tēpus aptior: q̄ illius libri quo me hic affatus quaſi iacentē excitauit? Tum ille: nēpe eum dices inqt: quo iſte omnē rerū memoriā breuiter: & ut mihi quidē uiſum ꝑdiligēter cōplexus eſt. Iſtū ipſum quidē inq̄ Brute dico librū mihi ſaluti fuiſſe. Tum Atticus: optatiſſimū quidē mihi eſt qđ dicis: ſed qd tandē habuit liber iſte: qđ tibi aut nouū: aut tanto uſui poſſet eſſe? Ille uero: & noua inq̄ mihi quidē multa: & tam utilitatē quā reqrebam: ut explicatis ordinibus temporū uno in cōſpectu oia uiderē: quæ qum ſtudioſe tractare cœpiſſem: ipſa mihi tractatio litterarū ſalutaris fuit. Admonuitq; Pōponi: ut a te ipſo ſumerē aliqd ad me reficiendū: teq; remunerandū: ſi nō pari: at grato tamē munere: q̄ q̄ illud Heſiodiū laudatur a doctis: qđ eadē mēſura reddere iubet: q̄ accæpis: aut & cumulatiore ſi poſſis. Ego autē uoluntatē tibi ꝓfecto emetiar: ſed rem ipſam nondū poſſe uideor: idq; ut ignoſcas a te peto. Nec enim ex nouis ut agricolæ ſolēt fructibus eſt: unde tibi reddā: qđ accæpi: ſic oīs fœtus repreſſus exuſtuſq; flos ſati ueteris ubertatis exarruit. Nec ex cōditis qui iacent in tenebris: & ad quos oīs nobis aditus: qui pene ſolis patuit obſtructus eſt. Seremus igiť aliqd tāq̄ i inculto: & derelicto ſolo: qđ ita diligēter colemus: ut impēdiis etiā augere poſſimus largitatē tui muneris: modo idem noſter animus efficere poſſit: q̄ ager qui q̄multos annos quieuit uberiores efferre fruges ſolet. Tum ille: Ego uero & expectabo ea quæ polliceris: nec exigā niſi tuo cōmodo: & erūt mihi ꝑgrata ſi ſolueris. Mihi quoq; inqt Brutus: & expectāda ſunt ea q̄ Attico polliceris: & ſi fortaſſe ego a te huius uolūtarius ꝓcurator petā: qđ ipſe cui debes incōmodo exacturū negat. At uero inq̄ tibi ego Brute nō ſoluā: niſi ꝓus a te cauero: amplius eo nomine neminē cuius petitio ſit petiturū. Nō mehercule inqt tibi repromittere iſtuc quidē auſus ſim: nam hūc qui negat uideo flagitatorē: non illū quidē tibi moleſtū: ſed aſſiduū tamē: & acrē fore. Tum Pōponius: Ego uero inqt Brutū nihil mētiri puto. Videor enim iam te auſuꝝ eē appellare: quoniā lōgo interuallo modo primū animaduerti paulo te hilariorē. Itaq; quoniā hic qđ mihi debereť ſe exactuꝝ ꝓfeſſus eſt: qđ huic debes: ego a te peto. Quidnam id inq̄? ut ſcribas inqt aliqd. iampridē enim cōticuerūt tuæ litteræ. Nam ut illos de rep. libros edidiſti: nihil a te ſane poſtea accæpimus: eiſq; noſmetipſi ad reꝝ naturaliū memoriā comprehendendā impulſi: atq; incēſi ſumus. Sed illa qum poteris: atq; ut poſſis rogo. Nūc uero inqt: ſi es animo uacuo expone nobis qđ quærimus. Quidnā eſt id inq̄: qđ mihi nuꝑ in tuſculano inchoauiſti de oratoribus: quando eſſe cœpiſſent: qui etiā & quales fuiſſent: quē ego ſermonē qum ad Brutū tuū uel noſtrū potius detuliſſem: magnoꝑe hic audire ſe uelle dixit. Itaq; hunc eligimus diē: qū te ſciremus eſſe uacuū. Quare ſi tibi eſt cōmodum ede illa quæ cœperas & Bruto & mihi. Ego uero inq̄ ſi potuero: faciā uobis ſatis. Poteris inqt relaxa modo paulū animū: aut ſane ſi potes libera. Nempe igitur hinc tum Pōponi ductus eſt ſermo: q̄ erat a me mētio facta: cauſam Deiotari fideliſſimi: atq; optimi regis: ornatiſſime & copioſiſſime a Bruto me audiſſe defenſam. Scio inquit ab iſto initio tractū eē ſermonē: teq; Bruti dolentē uicē quaſi defluiſſe iudicioꝝ uaſtitatē: & fori. Feci inq̄ iſtuc quidē: & ſæpe facio. Nam mihi Brute in te intuēti crebro in mētem uenit: uereri & quodnā curriculū aliquādo ſit habitura tua & natura admirabilis: & exqſita doctrina: & ſingularis induſtria. Qum enim in maximis cauſis uerſatus eſſes: & qum tibi ætas noſtra iam cederet: faſciſq; ſūmitteret ſubito in ciuitate qum alia ceciderunt: tū etiā eaipſa de qua diſputare ordimur eloquētia obmutuit. Tum ille: cæteraꝝ rerū cauſa inqt iſtuc & doleo: & dolendū puto. Dicendi autē me non tam fructus: & gloria q̄ ſtudiū ipſum: exercitatioq; delectat: quod mihi nulla reſ eripiet: & præſertim tam ſtudioſum. Et dicere enim bene nemo poteſt: niſi q prudēter intelligit. Quare qui eloquentiæ uere dat operā: dat prudētiæ: qua ne maximis qdem in bellis æquo animo carere quiſq̄ poteſt. Præclare inq̄ Brute dicis: eoq; magis iſta dicēdi laude delector: q̄ cætera quæ ſunt quondā habita in ciuitate pulcherrima: nemo eſt tam humilis: q ſe nō aut poſſe adipiſci: aut adeptū putet. Eloquētē neminē uideo factū eſſe uictoria. Sed (quo facilius ſermo explicetur) ſedētes (ſi uidetur) agamus. Qum idē placuiſſet illis: tum in pratulo prope Platonis ſtatuā cōſedimus.

Tractatus Incipit.

$ Ic ego laudari igiť eloquentiā: & quāta uis ſit eius expromere: quantāq; iis: qui ſūt eā cōſecuti dignitatē afferat: neq; ꝓpoſitū nobis eſt hoc loco: neq; neceſſariū. Hoc uero ſine ulla dubitatione cōfirmauerim: ſiue ulla arte pariať aliqua: ſiue exercitatiōe quadā: ſiue natura: rem unā eē oīum difficillimā: qbus.n. ex qnq; rebus cōſtare diciť: eaꝝ unaquæq; eſt ars ipſa magna ꝑ ſeſe. Quare qnq; artiū cōcurſus maximaꝝ: quātā uim: quātāq; difficultatē habeāt exiſtimari pōt. Teſtis ē græcia: quæ qum eloquētiæ ſtudio ſit incēſa: iādiuq; excellat in ea: præſtetq; cæteris: tamē oīs artes uetuſtiores habet: & multo ante nō inuētas ſolē ſed etiā perfectas: q̄ hæc eſt a græcis elaborata dicendi uis: atq; copia. In quā qum intueor maxime mihi occurrūt attice: & quaſi lucēt Athenæ tuæ: qua in urbe primū ſe orator extulit: pri-

mũq; etiã monumẽtis:& litteris oratio eſt cœpta mãdari:tamẽ ante Periclẽ:cuius ſcripta quæ
dã ferũtur:& Thucydidẽ qui nõ naſcentibus Athenis:ſed iam adultis fuerũt:littera nulla eſt:q̃
quidẽ ornatũ aliquẽ habeat:& oratoris eſſe uideat̃. Quãq̃ opinio eſt & eũ:q multis annis ante
hos fuerit Piſiſtratũ:& paulo ſeniorẽ etiã Solonẽ: poſteaq; Cliſthenẽ multũ ut tẽporibus illis
ualuiſſe dicẽdo:poſt hanc ætatẽ aliquot annis:ut ex atticis monumẽtis põt perſpici Themiſto
cles fuit:quẽ cõſtat tum prudẽtia:tũ etiã eloquentia ꝑſtitiſſe:poſt Pericles:qui qum floreret oi
genere uirtutis:hac tamẽ fuit laude clariſſimus:Cleonẽ etiã tẽporibus illis turbulẽtũ illũ quidẽ
ciuẽ:ſed tamẽ eloquentẽ fuiſſe cõſtat:huic ætati ſuppares:Alcibiade :Critiaſ:Theramenes:qui
bus tẽporibus qđ dicendi genus uiguerit ex Thucydidis ſcriptis:qui ipſe tũ fuit intelligi maxi
me poteſt.grãdes erãt uerbis:crebris ſentẽtiis:cõpreſſiõe reꝝ breues:& ob eãipſã cauſã ĩterdũ
ſubobſcuri.Sed ut intellectũ eſt quantã uim haberet accurata:& facta quodãmodo oratio : tũ
etiã magiſtri dicẽdi multi ſubito extiterunt:tũ Leõtinus Gorgias:Thraſyamachus: Chalcædo
nius:Protagoras:Abderites:Prodicus:Chius:Hippias:Heleus:in honore magno fuerunt:alii
q; multi tẽporibus eiſdẽ docere ſe ꝓfitebãtur:arrogãtibus ſane uerbis:quẽadmodũ cauſa infe-
rior:ita enim loquebãtur dicẽdo fieri ſupior poſſet.Iis oppoſuit ſeſe Socrateſ:qui ſubtilitate q̃
dam diſputãdi refellere eoꝝ inſtituta ſolebat uerbis.Huius ex uberrimiſ ſermonibus extiterũt
doctiſſimi uiri:p̃mũq; tum philoſophia nõ illa de natura quæ fuerat antiquior:ſed hæc ĩ qua
de bonis rebus & malis:deq; hominũ uita:& moribus diſputat̃ inuẽta dicitur:qđ quoniam ge
nus ab hoc qđ ꝓpoſuimus abhorret philoſophos aliud in tẽpus reiiciamus:ad oratores a qui
bus digreſſi ſumus reuertamur.Extitit igitur iam ſenibus illis(quos pauloante diximus)Iſocra
tes:cuius domus cunctæ græciæ quaſi ludus quidã patuit:atq; officina dicẽdi. Magnus orator
& pfcctus magiſter:q̃q̃ forẽſi luce caruerit:intraq; parietes aluit illã gloriã:quã nemo quidem
meo iudicio eſt poſtea cõſecutus.Is & ipſe ſcripſit multa ꝑclare:& docuit alios:& qum cætera
melius q̃ ſupiores:tum p̃mus intellexit etiã in ſoluta oratione dum uerſum effugeres modũ ta
mẽ:& numerũ quendã oportere ſeruari.Ante hunc enim uerboꝝ quaſi ſtructura & quædã ad
numerũ cõcluſio nulla erat:aut ſiquãdo erat nõ apparebat eam dedita opa eſſe quæſitã:q̃ for
ſitan laus ſit.Verũtamẽ natura magis:tum caſu:quæ nõnunq̃:aut ratione aliqua:aut obſeruati
one fiebat.Ipſa enim natura circũſcriptione quadã uerboꝝ cõprehendit cõcluditq; ſententiã.
Quæ qum aptis circũſcripta uerbis eſt:cadit etiã plæꝝq; numeroſe.Nam & aures ipſæ qd ple
nũ:qd inane ſit iudicãt:& ſpiritu:quaſi neceſſitate aliqua uerboꝝ cõprehẽſio terminat̃.In quo
nõ modo defici:ſed etiã laborare turpe eſt.Tum fuit Lyſias ipſe quidẽ in cauſis forẽſibus non
uerſatus:ſed egregie ſubtilis ſcriptor:atq; elegans:quẽ iam ꝓpe audeas oratorẽ perfectũ dice-
re.Nam plane quidẽ perfectũ:& in quo nihil admodũ deſit:Demoſthenẽ facile dixeris.Nihil
acute inueniri potuit in eis cauſis quas ſcripſit:nihil(ut ita dicam)ſubdole:nihil uerſute:qđ ille
non uiderit:nihil ſubtiliter dici:nihil ꝑſſe:nihil enucleate:quo fieri poſſit aliqd limatius : nihil
cõtra grãde:nihil incitatũ:nihil ornatũ:uel uerboꝝ g̃uitate:uel ſententiarũ:quo quicq̃ eẽt elati
us.Huic Hyperides ꝓximus:& Aeſchines fuit:& Lycurgus : & Dinarchus:& is cuius nulla ex-
tant ſcripta Demades:aliiq; plures.Hæc enim ætaſ effudit hãc copiã:& ut opinio mea fert:ſuc
cus ille:& ſãguis ĩcorruptus uſq; ad hãc ætatẽ oratoꝝ fuit:ĩ qua naturalis ineſſet: nõ phucatus
nitor.Phalereus enim ſucceſſit eis ſenibus adoleſcens eruditiſſimus.Ille quidẽ hoꝝ omniũ:ſed
nõ tam armis inſtitutus q̃ palæſtra:itaq; delectabat magis athenĩẽſes q̃ iflãmabat. Proceſſerat
enim in ſolẽ & puluerẽ nõ ut e militari tabernaculo:ſed ut e Theophraſti doctiſſimi hominis
umbraculis.hic p̃mus inflexit orationẽ:& eam mollem tenerãq; reddidit:& ſuauis ſicut fuit ui
deri maluit:q̃ grauis:ſed ſuauitate ea qua ꝑfunderet animos:nõ qua ꝑfringeret:& tantũ ut me
moriã cõcinnitatis ſuæ:nõ quẽadmodũ de Pericle ſcripſit Eupolis:cũ delectatione etiã acule-
os relinqueret in animis eoꝝ:a quibus eẽt auditus. Videſne igit̃ ut in ea ipſa urbe:in q̃ & nata
alta ſit eloquẽtia:quã eo ſero ꝓdierit in lucẽ? Siquidẽ ante Solonis ætatẽ:& Piſiſtrati de nullo
ut diſerto memoriæ ꝓditũ eſt.At hi qdẽ ut.P.R..ætas eſt:ſenes:ut athenienſiũ ſæcla numerant
adoleſcẽtes debẽt uideri.Nã &ſi Seruio Tullio regnante uiguerũt:tñ multo diutiuſ Athenæ iã
erãt:q̃ eſt Roma ad hodiernum diẽ:nec tamẽ dubito quin habuerit uim magnã ſemp oratio.
Neq; enim iam troicis tpibus tantũ laudiſ in dicẽdo Vlixi tribuiſſet Homerus:& Neſtori:quo
rũ alterũ uim habere uoluit:alterũ ſuauitatẽ:niſi iam tũ eẽt honos eloquẽtia. Neq; ipſe poeta
hic tam idẽ ornatus in dicẽdo:ac plane orator fuiſſet:cuius &ſi incerta ſũt tpa : tñ annis multis
fuit ante Romulũ.Siquidẽ nõ infra ſupiorem lycurgũ fuit:a quo eſt diſciplina lacedæmonio
rum aſtricta legibus:ſed ſtudiũ eius gñis:maiorq; uis agnoſcit̃ in Piſiſtrato.deniq; hũc ꝓximo
ſæculo Themiſtocles iſecutus eſt:ut apud nos ꝑantiquus:ut apud Athenĩẽſes nõ ita ſane uetus
fuit enim regnante iam græcia:noſtra aũt ciuitate:nõ ita p̃dẽ dñatu regio liberata. Nam bellũ

uolſcoꝝ illud grauiſſimū:cui Coriolanus exul īterfuit: eodē fere tēpore quo Parſarū bellū fuit:ſimiliſqꝫ fortuna claroꝝ uiroꝝ.Siquidē uterqꝫ:qum ciuis egregius fuiſſet populi īgrati pulſus iniuria:ſe ad hoſtes cōtulit:conatūqꝫ iracundiæ ſuæ morte ſedauit.Nam &ſi aliter eſt apud te Attice de Coriolano:cōcedo tamē:ut huic generi mortis potius aſſentiar. At ille ridens: tuo uero inqt arbitratu:quoniā quidē cōceſſum eſt rhetoribus emētiri in hiſtoriis: ut aliqd dicere poſſint argutius.Vt enim tu nūc de Coriolano:ſic Clitarcus:ſic Stratocles de Themiſtocle finxit.Nam quē Tucidides qui & Atheniēſis erat: & ſūmo loco natus: ſūmuſqꝫ uir:& paulo ætate poſterior:tantū mortumu ſcripſit:& in attica clam humatū addidit fuiſſe ſuſpitionē ueneno ſibi cōſciuiſſe mortē:hūc iſti aiūt:qum taurū īmolauiſſet excæpiſſe ſanguinē patera: & eo poto mortuū cōcidiſſe.Hāc enim mortē rhetorice:& tragice ornare potuerunt. Illa mors uulgaris nullā p̄bebat materiē ad ornatū:quare quoniā ita tibi quadrāt oīa fuiſſe Themiſthocle paria & Coriolano:paterā quoqꝫ a me ſumas licet:p̄bebo etiā hoſtiā: ut Coriolanus ſit plane alter Themiſtocles.Sit ſane inq̄ ut lubet de iſto:& ego cautius poſthac hiſtoriā attingā te audiente:quē reꝝ romanarū auctorē laudare poſſum religioſiſſimū.Sed tum fere Pericles Xantippi filius(de quo ante dixi)p̄mus adhibuit doctrinā:quæ q̄q̄ tum nulla erat dicēdi:tamē ab Anaxagora phyſico eruditus exercitationē mētis a recōditis:abſtruſiſqꝫ rebus ad cauſas forēſes pplareſqꝫ facile pduxerat:huius ſuauitate:maxime hilaratæ Athenæ ſūt:huius ubertatē & copiā admiratæ:eiuſdē uim dicēdi:terrorēqꝫ timuerūt.Hæc igit̃ ætas p̄ma Athenis oratorē ꝓpe pfectū tulit.Nec enim in conſtituētibus.r.p.nec bella gerētibus:nec impeditis:ac regū dominatiōe deuinctis naſci cupiditas dicēdi ſolet.Pacis eſt comes:ociiqꝫ ſocia:etiā bene cōſtitutæ ciuitatis: q̄ſi alumna quædā eloquētia.Itaqꝫ ait Ariſtoteles:qum ſublatis in Siciliā tyrānis res p̄uatæ lōgo interuallo iudiciis repeterētur:tum primū ꝙ eſſet acuta illa gens:& cōtrouerſia natura:artē & p̄cæpta ſiculos Coracē & Tiſian cōſcripſiſſe.Nam antea neminē ſolitū uia nec arte: ſed accurate tamē:& de ſcripto plæroſqꝫ dicere:ſcriptaſqꝫ fuiſſe:& paratas a Protagora rerū illuſtriū diſputationes:quæ nūc cōmunes appellātur loci.Quod idē feciſſe Gorgiā:qum ſingulaꝝ rerum laudes:uitupationeſqꝫ cōſcripſiſſet:qđ iudicaret hoc oratoris eē maxime ꝓprium:rem augere poſſe laudādo:uitupādoqꝫ rurſuſ affligere.Huic Antiphontē Rhamnuſiū ſimilia quædā habuiſſe cōſcripta:quo neminē unq̄ melius ullā orauiſſe capitis cauſā: qum ſe ipſe defēderet:ſe audiente locuplex auctor ſcripſit Tucidides.Nam Lyſiam p̄mo ꝓfiteri ſolitum artē eē dicēdi: deinde ꝙ Theodorus eēt in arte ſubtilior:in orationibus autē ieiunior:orationes eum ſcribere:aliis cœpiſſe:artē remouiſſe.Similiter Iſocratē p̄mo artē dicēdi eſſe negauiſſe:ſcribere aūt aliis ſolitū orationes qbus in iudiciis uterētur:ſed qum ex eo qa quaſi cōmitteret contra legē: quo qs iudicio circūueniretur:ſæpe ipſe in iudiciū uocaret:orationes aliis deſtitiſſe ſcribere: totūqꝫ ſe ad artes cōponēdas trāſtuliſſe.Et græciæ quidē oratoꝝ partus:atqꝫ fōtes uides ad noſtroꝝ annaliū rationē ueteres:ad ipſoꝝ ſane recētes. Nam anteq̄ delectata eſt atheniēſiū ciuitas:hac laude dicēdi multa iam memorabilia:& ī domeſticis:& in bellicis rebus effecerat. Hoc aūt ſtudiū nō erat cōmune græciæ:ſed ꝓprium Athenarū.Quis enim aut argiuū oratorē:aut corinthiū: aut Thebanū ſcit fuiſſe tēporibus illis:niſi qd de Epaminūda docto homīe ſuſpicari lubet? Lacedæmoniū uero uſqꝫ ad hoc tēpus audiui fuiſſe neminē.Menelaū ipſum: dulcē illū quidē tradit Homerus:ſed pauca dicentē.Breuitas aūt laus eſt interdū in aliqua parte dicēdi: in uniuerſa eloquētia laudē nō habet.At uero extra græciā magna dicendi ſtudia fuerūt:maximiqꝫ huic laudi habiti honores:illuſtre oratoꝝ nomē reddiderūt.Nā ut ſemel e Pyrrheo eloquētia euecta eſt oēs pagrauit inſulas:atqꝫ ita peregrinata tota Aſia eſt:ut ſe externis obtineret moribus: omnēqꝫ illā ſalubritatē Atticæ dictionis:& quaſi ſanitatē pderet:ac loqui pene deſciſceret. Hic Aſiatici oratores nō contemnēdi quidē:nec celeritate:nec copia:ſed parū preſſi:& nimis redūdantes:Rhodii ſaniores:& Atticoꝝ ſimiliores:ſed de græcis hactenus.Etenim hæc ipſa forſitā fuerūt nō neceſſaria.Tum Brutus:iſta uero inqt q̄ neceſſaria fuerūt: nō facile dixerim:iucūda certe mihi fuerūt:neqꝫ ſolū nō lōga:ſed etiā breuiora q̄ uellem.Optime inq̄: ſed ueniamus ad noſtros:de qbus difficile eſt plus ītelligere:q̄ quantū ex monumētis ſuſpicari licet. Quis enim putet aut celeritatē ingenii.L.Bruto illi nobilitati ueſtræ p̄ncipi defuiſſe?qui de matre Suauiāda ex oraculo apollinis tam acute:arguteqꝫ cōiecerit:qui ſūmam prudentiā ſimulatione ſtulticiæ texerit:qui potētiſſimū regē clariſſimi regis filiū expulerit:ciuitatēqꝫ ppetuo dominatu liberatā:magiſtratibus annuis:legibus iudiciiſqꝫ deuinxerit:qui collegæ ſuo impium abrogauerit:ut e ciuitate regalis nominis memoriā tolleret:qđ certe effici nō potuiſſet:niſi eēt oratione pſuaſum. Videmus itē paucis ante annis poſt reges exactos:qum plebs ꝓpe ripam Aneieonis ad tertiū miliariū cōſediſſet:eūqꝫ mōtē:qui ſacer appellatus eſt occupauiſſet.M.Valeriū dictatorē dicēdo ſedauiſſe diſcordias:eiqꝫ ob eam rem honores ampliſſimos habitos: & eum p̄mū

ob eā ipſā cauſā maximū eē appellatū. Ne. L. Valeriū q̄dē potitū arbitror: nō aliq̄d potius ſe dicēdo: q poſt decēuiralē iuidiā plæbē i patres icitatā legibus: & cōcionibus ſuis mitigauerit. Poſſumus Appiū claudiū ſuſpicari diſertū: qa ſenatū iāiā iclinatū a Pyrrhi pace reuocauerit. Poſſumus. C. Fabriciū: qa ſit ad Pyrrhū de captiuis recupādis miſſus orator. T. Corūcanū: ꝙ ex pōtificū cōmētariis lōge plurimū igenio ualuiſſe uideatᷣ. M. Curiū ꝙ is tri. pl. iterrege Appio Cæco diſerto hoīe comitia cōtra leges hn̄te: qū de plæbe conſulē nō accipiebat patres ante auctores fieri coegerit: qđ fuerit ꝑmagnū nōdū lege mœnia lata: licet etiā aliq̄d de. M. Popilii ingenio ſuſpicari: qui qum conſ. eſſet: eodēq; tēpore ſacrificiū publicū: qum læna faceret: qđ erat flamē carmētalis plæbei: cōtra patres cōcitatione & ſeditione nūciata: ut erat læna amictus: ita uenit in cōcionē: ſeditionēq; qum auctoritate: tum oratione ſedauit. Sed eos oratores habitos eē: aut omnino tum ullū eloquētiæ ꝓmium fuiſſe: mihi ſane nihil legiſſe uideor: tm̄modo coniectura ducor ad ſuſpicandū. Diciťetiā. C. flamineus is: qui tri. plæ. legē de agro Gallico: & Piceno uiritim diuidēdo tulerit: qui conſ. apud Tharſumēnum ſit interfectus: ad populū ualuiſſe dicendo Quintus etiā Maximus uarrucoſus orator habitus eſt tēporibus illis: & Qu. Metellus is q bello punico ſecūdo cū. L. Veturio philone cōſul fuit. Quē uero extet: & de quo ſit memoriæ ꝓditum eloquentē fuiſſe: & ita eſſe habitū ꝑmus eſt. M. Cornelius Cethegus: cuius eloquētiæ ē auctor: & idoneus mea quidē ſentētia. Qu. Ennius: præſertim qum & ipſe eū audiuerit: & ſcribat de mortuo: exquo nulla ſuſpitio eſt amicitiæ cauſa eē mentitū. Eſt igitur ſic apud illū in nono (ut opinor) ānali. Additᷣ orator Cornelius ſuauiloquēti ore Cethegus Marcus ſtudio: collegā filius & oratorē appellat: & ſuauiloquentiā tribuit: quæ nūc quidē nō tam eſt in plæriſq;. Latrāt enim iam quidā oratores nō loquūtur: ſed eſt ea laus eloquētiæ certe maxima. Is dictus Ollis popularibus olim: qui tum uiuebāt hoīes: atq; æuum agebāt: flos delibatus populi. Probe uero: ut enim hominis decus ingeniū: ſic ingenii ipſius lumē eſt eloquētia: qua uirū excellētē ꝑclare: tum ille homines florem populi eē dixerūt: ſuadāt medullā πειθω quā uocāt græci: cuius effector eſt orator. Hāc ſuadā appellauit Ennius. Ei⁹ aūt Cethegū medullā fuiſſe uult: ut quā deā in Periclis libris ſcripſit Eupolis ſe ſcitauiſſe: huiuſ hic medullā noſtrū oratorē fuiſſe dixerit. At hic Cethegus conſ. cū. P. Tuditano fuit bello punico ſero: quæſtorq; is cōſ. M. Cato modo plane annis. cxl. ante me conſ. & idipſū niſi unius eēt Ennii teſtimonio cognitū: hūc uetuſtas: ut alios fortaſſe multos obliuione obruiſſet. Illius aūt ætatis qui ſermo fuerit ex Neuianis ſcriptis itelligi pōt. His. n. cōſulib⁹: ut i ueteribus cōmentariis ſcriptū eſt: Neuius eſt mortuuſ: q̄q̄ Varro noſter diligētiſſimus iueſtigator antiq̄tatis: putat in hoc erratū: uitāq; Neuii ꝓducit lōgius. Nā Plautus. P. Claudio. L. Portio uiginti annis poſt illos (quos ante dixi) conſules mortuus eſt Catone cēſore. Hūc igitur Cethegū cōſecutus eſt ætate Cato: qui annis. ix. poſt eū fuit coſ. eū nos ut pueterē habemus: qui. L. Martio. M. Manilio cōſ. mortuus eſt annis. lxxxiii. ipſis ante me cōſulē. Nec uero habeo quenq̄ antiquiorē: cuius quidē ſcripta ꝓferenda putē: niſi quē Appii Cæci oratio hæc ipſa de Pyrrho: & nōnullæ mortuoꝝ laudationes forte delectāt: & Hercules eq̄dem extāt. Ipſæ enim familiæ ſua quaſi ornamēta ac monumēta ſeruabāt: & ad uſū ſiqs eiuſdē generis occidiſſet: & ad memoriā laudū domeſticarū: & ad illuſtrandā nobilitatē ſuam: q̄q̄ his laudationibus hiſtoria reꝝ noſtraꝝ eſt facta mēdoſior. Multa enim ſcripta ſūt in eis: quæ facta nō ſūt falſi triūphi: plures cōſulatus: gn̄a etiā falſa: & ad plæbē trāſitiones: qum homīes humiliores in alienū eiuſdē nois infunderentᷣ genus: ut ſi ego me a. M. Tullio eē dicerē: q Patricius cū Sulpitio conſ. anno. x. poſt exactos reges fuit. Catonis aūt orationes nō minus multæ fere ſūt: q̄ Attici Lyſiæ: cuius arbitror plurimas eē. Eſt enim Atticuſ: quoniā certe Athenis eſt: & natuſ & mortuus: & functus omni ciuiū munere. Quanq̄ Timæus eum quaſi licinia: & mutia lege repetit Syracuſas: & quodāmodo eſt nōnulla in iis etiā iter ipſos ſimilitudo. Acuti ſūt: elegātes: faceti: breues: ſed ille græcus ab omni laude fœlicior. Habet enim certos ſui ſtudioſos: qui nō tam habitus corporis opimos: q̄ gracilitates cōſectentur: quos ualitudo modo bona ſit: tenuitas ipſa delectat: q̄q̄ in Lyſia ſūt ſæpe etiā lacerti: ſic ut & fieri nihil poſſit ualētius. Verū eſt certe gn̄e toto ſtrigoſior: ſed habet tm̄ ſuos laudatores: q hac ipſa eius ſubtilitate admodū gaudeāt. Catonē uero qs noſtroꝝ oratoꝝ: q quidē nūc ſūt legitᷣ? aut qs nouit oīoᷣ? At quē uiꝝ dii boni mitto ciuē: aut ſenatorē: aut imꝑatorē? Oratorē. n. hoc loco q̄rimus. Quis illo grauior in laudando? acerbior in uituperādo? in ſn̄iis argutior? in docēdo ediſſerēdoq; ſubtilior? Refertæ ſūt orōes amplius centūq̄nquaginta: quas quidē adhuc inuenerim: & legerim: & uerbis: & rebus illuſtribus: licet ex his eligāt: ea quæ notatione & laude digna ſint: oīs oratoriæ uirtutes in eis repientᷣ. Iam uero origines eius quē florē: aut qđ lumē eloquētiæ nō habētᷣ? Amatores huic deſūt: ſicuti multis iam ante ſæculis: & Philiſto ſyracuſio: & ipſi Thucyddidi. Nā ut hoꝝ cōciſis ſn̄iis: interdum etiā nō ſatis: aptis aūt qū breuitate: tum nimio acumine officit. Theopōpus elatione atq;

altitudine orationis ſuæ:qđ idē Lyſiæ Demoſthenes:ſic Catonis luminibus obſtruxit:hæc po-
ſteroꝝ quaſi exaggerata altius oratio. Sed & in noſtris inſcitia eſt:& ꝙ ipſi q in græcis antiqta-
te delectant:eaqꝫ ſubtilitate quā atticā appellāt:hāc in Catone nō nouerūt qdē Hypidæ uolūt
eſſe:& Lyſiæ laudo:ſed cur nō Catonis? Attico gñe dicēdi ſe gaudere dicūt:ſapiēter id quidem
atqꝫ utinā imitarētur nec oſſa ſolū:ſed etiā ſanguinē:gratū eſt tamē qđ uolūt. Cur igit Lyſias &
Hypides amat qū penitus ignoret Cato? Antiquior eſt huius ſermo: & quædā horridiora uer-
ba. Ita enim tum loquebantur: id muta:qđ tum ille non potuit:& adde numeros: & aptior ſit
oratio. Ipſa uerba cōpone:& quaſi coagmēta:qđ ne græci quidē ueteres factitauerūt: iam ne-
minē antepones Catoni. Ornari orationē græci putāt:ſi uerboꝝ imutationibus utantur:quos
appellāt tropos:& ſentētiarū orationiſqꝫ formis:quæ uocāt ſchemata. Nō uerıſimile eſt q̄ ſit ī
utroqꝫ gñe & crebre diſtinctus Cato. Nec uero ignoro nōdum eē ſatis politū hūc oratorē: & q̄
rendū eſſe aliqd ꝑfectius:qppe qum ita ſit ad noſtroꝝ tēpoꝝ rationē uetus:ut nulliꝰ ſcriptū ex
tet dignū quidē lectione:qđ ſit antiqus: Sed maiore honore in oībus artibus:q̄ in una hac arte
dicēdi uerſat antiqtas. Quis enim eoꝝ:qui hæc minora aīaduertūt nō ītelligit canachi ſigna ri
gidiora eē:q̄ ut imitent ueritatē? Calamidis dura illa quidē:ſed tamen molliora:q̄ ea Canachi:
nondū Myronis ſatis ad ueritatē adducta. Iam tamē quæ nō dubites pulchra dicere: pulchrio-
ra Polycleti etiā plane ꝑfecta:ut mihi quidē uideri ſolēt. Similis in pictura ratio eſt:ī q̄ Zeuſim
& Polygnotū:& Timantē:& eoꝝ qui nō ſunt uſi pluſq̄ quatuor coloribus: formas & liniamē
ta laudamus. At in Eetione:Nicomacho:Protogene:Apelleiā ꝑfecta ſunt oīa:& neſcio an reli-
quis ī rebus oībus idē eueniat. Nihil eſt enim ſimul & inuentū & ꝑfectum. Nec dubitari debet
quin fuerint ante Homerū poetæ: qđ ex eis carminibus ītelligi pōt:quæ apud illū:& in phæa-
cum:& in Procoꝝ epulis canūtur. Quid noſtri ueteres uerſus? ubi ſunt? quos olim Fauni uateſ
qꝫ canebāt:qum neqꝫ muſaꝝ ſcopulos: nec dicti ſtudioſus quiſq̄ erat ante hūc? ait ip̄e de ſe:nec
mētitur in gloriādo. Sic enim ſeſe res habet:nam & odyſſea latina eſt:ſic ī tanq̄ opus aliqđ Dæ
dali:& Liuianæ fabulæ nō ſatis dignæ:quæ iterū legātur. Atqꝫ hic Liuius qui primus fabulā. C.
Clodio Cæci filio:&. M. Tuditano conſ. docuit anno ipſo ante q̄ natus eſt Ennius:poſt Romā
autē conditā quartodecimo & qngenteſimo:ut hic ait: quē nos ſequemur. Eſt enim inter ſcri-
ptores de numero annoꝝ cōtrouerſia. Atticus autē a. Qu. Maximo qntū cōſule capto Taren-
to ſcripſit Liuiū annis. xxx. poſtq̄ eum fabulā docuiſſe: & Atticus ſcribit:& nos in antiqs cōmē
tariis inuenimus. Docuiſſe autē fabulā annis poſt. xi. C. Cornelio. Qu. Minutio cōſ. ludis lucta
tiis:quos Salinator ſenēſi prælio uouerat:ī quo tātus error Actii fuit:ut his conſ. xxx. annos na
tus Ennius fuerit:ꝙ æq̄lis fuerit Liuius:minor fuit aliquāto is qui p̄mus fabulā dedit:q̄ ii q mul
tas docuerūt ante hos cōſ. & Plautus:& Neuius. Hæc ſi minus apta uidētur huic ſermoni Bru-
te Attico aſſigna:qui me inflāmauit ſtudio illuſtriū hominū ætates & tēpora ꝑſequēdi. Ego ue
ro inqt Brutus:& delector iſta quaſi notatione temporū:& ad id qđ inſtituiſti oratoꝝ gña di-
ſtinguere ætatibus iſtā diligentiā eſſe accōmodatā puto. Recte inq̄ Brute intelligis: atqꝫ utinā
extarēt illa carmina:quæ multis ſæclis ante ſuā ætatē in epulis eē cātitata a ſingulis conuiuis de
claroꝝ uiroꝝ laudibus in originibus ſcriptū reliqt Cato:tamē illius quem in uatibus & faunis
enumerat Ennius bello punico eum quaſi Myronis opus delectat. Sit Ennius ſane: ut eſt certe
ꝑfectior:qui ſi illū ut ſimulat cōtemneret:nō oīa bella ꝑſequens p̄mum illud punicū acerrimū
bellū reliquiſſet. Sed ipſe dicit cur id faciat. Scripſere inqt alii rem uerſibus:& luculēte quidem
ſcripſerūt etiā ſi minus q̄ tu polite. Nec uero tibi aliter uideri debet: qui a Neuio uel ſumpſiſti
multa ſi fateris:uel ſi negas ſurripuiſti. Qum hoc Catone grādioreſ natu fuerunt. C. Flaminius
C. Varro. Qu. Maximus. Qu. Metellus. P. Lētulus. P. Craſſus:q cū ſupiore Aphricano conſ. fu-
it. Ipſū Scipionē accæpimus nō infantē fuiſſe:filius quidē eius:is q hūc minorē Scipionē a Pau
lo adoptauit:ſi corpore ualuiſſet imp̄mis habitus eēt diſertus. Indicāt qum oratiūculæ:tum hi
ſtoria quædā græca ſcripta dulciſſime. Numeroqꝫ eodē fuit Sex. Aelius:iuris quidē ciuilis om-
niū peritiſſimus:ſed etiā ad dicendū paratus. De minoribus autē. C. Sulpitius gallus:qui maxi
me oīum nobiliū græcis litteris ſtuduit:iſqꝫ & oratoꝝ in numero eſt habitus:& fuit reliquis re
bus ornatus:atqꝫ elegās. Iam enim erat unctior quædā:ſplēdidiorqꝫ cōſuetudo loquēdi. Nam
hoc p̄tore ludos apollini faciēte qum Thieſten fabulā docuiſſet. Qu. Marcio. Cn. Seruilio cōſ.
mortē obiit Ennius. Erat iiſdē tp̄ibus. T. Gracchus. P. F. q̄ bis cōſul & cēſor fuit:cuius eſt oratio
græca apud Rhodios:quē ciuē qum grauē:tum etiā eloquentē cōſtat fuiſſe. P. etiā Scipionem
Naſicā:qui eſt Corculū appellatus:q itē bis conſ. & cēſor fuit habitū eloquentē. M. aliū illius q
ſacra accæpit filiū: dicūt etiā. L. Lentulū:qui cū. C. Figulo conſ. fuit. Qu. nobiliorē. M. filiū: iam
patre īſtituto deditū ſtudio litteraꝝ:q etiā. Qu. Enniū q̄ cū patre eius in ætolia militauerat ciui
tate donauit:qū triūuiꝝ coloniā deduxiſſet:&. T. Anniū luſcū huius. Qu. Fuluii collegā nō in-



UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA ZARAGOZA

diſertũ dicunt fuiſſe. Atq; etiã.L.Paulus Aphricani pater:pſonam pncipis ciuis facile dicendo
tuebatur. At uero etiã tum Catone uiuo:qui annos qnq; &.lxxx.natus exceſſit e uita:qum qui
dem eoipſo anno contra Sergium Galbam : ad populũ ſũma contentione dixiſſet: quã etiam
orationẽ ſcriptã reliquit:ſed uiuo Catone minores natu multi uno tẽpore oratores floruerũt.
Nam &.A.Albinius is qui græce ſcripſit hiſtoriã:qui cõſul cũ.L.Lucullo fuit:& litteratus & di-
ſertus fuit:& tenuit cũ hoc locũ quendã:& Ser.Fuluius:& una Ser.Fabius pictor:& iuris:& lit-
terarũ:& antiqtatis bene peritus.Qu.q; Fabius labeo fuit ornatus iiſdẽ fere laudibus.Nã.Qu.
Metellus:is cuius quatuor filii cõſulares fuerũt:impmis eſt habitus eloquẽs:qui p.L.Cotta di-
xit:accuſante Aphricano:cuius & aliæ ſũt orationes:& cõtra.T.Gracchũ expoſita eſt in. C.Fã-
nii annalibus:tamẽ ipſe.L.Cottæ ueterator habitus:ſed.C.Lælius:&.P.Aphricanus imprimis
eloquẽtes:quoꝝ extant orationes:ex qbus exiſtimari de ingeniis oratoꝝ poteſt.Sed inter hos
ætate paulũ his antecedẽs ſine cõtrouerſia Ser.Galba eloquentia pſtitit:& nimirũ is princeps:
& latinis illa oratoꝝ ppria:& quaſi legitima opera tractauit : ut egrederet a pposito ornandi
cauſa:ut delectaret animos: aut permoueret:ut augeret rem:ut miſerationibus:ut cõmunibus
locis uteretur:ſed neſcio quomodo huius quẽ cõſtat eloquentia præſtitiſſe exiliores orationes
ſunt: & redolẽtes magis antiqtatẽ:q̃ aut Lælii Scipionis:aut etiã ipſius Catonis.Itaq; exaruerũt
uix iam ut appareãt de ipſius Lælii & Scipionis ingenio:q̃q̃ ea eſt iam ut plurimũ tribuat am-
bobus:dicẽdi tamẽ laus eſt in Lælio illuſtrior . At oratio Lælii de collegis nõ melior q̃ de mul-
tis q̃ uoles Scipionis:nõ quo illa Lælii qcq̃ ſit dulcius:aut quod e religiõe dici poſſit auguſtius
ſed multo tamẽ uetuſtior:& horridior ille q̃ Scipio:& qum ſint in dicẽdo uariæ uolũtates: de-
lectari mihi magis antiqtate uidetur:& lubẽter uerbis etiã uti paulo magis pſcis Lælius.Sed eſt
mos hoĩum:ut nolint eũdẽ pluribus uerbis excellere.Nã ut ex bellica laude aſpirare ad Aphri
canũ nemo põt:in qua ipſa egregiũ Viriatico bello repimus fuiſſe Læliũ:ſic ĩgenii litteraꝝ elo
quẽtiæ:ſapiẽtiæ deniq; : &ſi utriq; pmas:poris tamẽ deferũt Lælio.Nec mihi cæteroꝝ iudicio
ſolũ uidet:ſed etiã ipſoꝝ inter ipſos cõceſſu ita tributũ fuiſſe.Erat omnino tum mos:ut in reli-
quis rebus melior:ſic in hoc ipſo humanior:ut faciles eẽnt in ſuũ cuiq; tribuẽdo : memoria te-
neoſmyrnæ me ex. P.Rutilio Ruffo audiuiſſe:qum diceret adoleſcẽtulo ſe accidiſſe:ut ex.S.
C.P.Scipio:&.D.Brutus(ut opinor)cõſ.de re atroci magnaq; quæreret.Nam qũ æſtiuis ita fa
cta cædes eẽt:notiq; homĩes ĩterfecti:ĩſimularetur q; familia:partim etiã liberi ſocietatis eius:q
picarias de.P.Cornelio.L.Mũmo cẽſoribus redemiſſet decreuiſſe ſenatũ ut de ea re cognoſce-
rent:& ſtatuerẽt conſ.cauſã p publicanis accurate ut ſemp ſolitus eẽt:elegãterq; dixiſſe Læliũ.
Qum cõſules re audita amplius de cõſilii ſentẽtia pnunciauiſſent:paucis ĩterpoſitis clientibus
iterũ Lælium multo diligẽtius meliuſq; dixiſſe:iterũ eodẽ modo a cõſulibus rem eẽ prolatam
tum Læliũ qum eũ ſocii domũ reduxiſſent:egiſſentq; gratias:& ne defatigaret orauiſſent locũ
tum eẽ ita:ſe quæ feciſſet honoris eoꝝ cauſa:ſtudioſe:accurateq; feciſſe:ſed ſe arbitrari cauſam
illã a Ser.Galba:quo is in dicẽdo adhortor:acriorq; eſſet grauius & uehemẽtius poſſe defendi
Itaq; auctoritate.C.Lælii publicanos cauſã detuliſſe ad Galbã . Illum autẽ ꝙ ei uiro ſuccedẽdũ
eẽt uerecũde & dubitãter recæpiſſe:unũ quaſi cõparẽdinatus mediũ diem fuiſſe:quẽ totũ Gal-
ba in cõſideranda cauſa:cõponẽdaq; poſuiſſe:& qũ cognitionis dies eẽt:& ipſe Rutilius roga
tu ſocioꝝ domũ ad Galbã mane ueniſſet:ut qum admoneret: & ad dicẽdi tẽpus adduceret uſ-
q; illũ quoad ei nunciatũ eẽt cõſules deſcẽdiſſe:omnibus excluſis cõmentatum in quadã teſtu-
dine cũ ſeruis litteratis fuiſſe:quoꝝ aliud dictare eodẽ a tẽpore ſolitus eẽt:iterim qum eẽt ei nũ
ciatũ tẽpus eẽ exiſſe in ædes eo colore:& iis oclis ut egiſſe cauſã nõ cõmẽtatum putares.Adde-
bat etiã:idq; ad rem ptinere putabat:ſcriptores illos male exiſſe mulctatoſ cũ Galba.Ex quo ſi
gnificabat illũ nõ in agẽdo ſolũ:ſed etiã in meditãdo uehemẽtẽ:atq; incẽſum fuiſſe.Quid mul-
ta?magna expectatione plurimis audiẽtibus corã ipſo Lælio ſic illã cauſam tãta ui:tantaq; gra
uitate dixiſſe Galbã:ut nulla fere pars orationis ſilẽtio pteriretur . Itaq; multis querelis multa-
q; miſeratione adhibita ſocios oĩbus approbãtibus illa diis quæſtione liberatos eẽ.Ex hac ruti
liana narratione ſuſpicari licet:qum duæ ſũmæ ſint in oratore laudes:Vna ſubtiliter diſputãdi
ad docendũ:Altera grauiter agẽdi ad aĩos audientiũ pmouẽdos:multoq; plus pficiat is q inflã
met iudicẽ:q̃ ille qui doceat: elegantiã in Lælio:uim in Galba fuiſſe:quæ quidẽ ut iſtũ maxime
cognita ſit cũ luſitanis a Seruio Galba ptore cõtra interpoſitã ut exiſtimabatur fidẽ:interfectis
T.Libone tri.plæ.populũ incitante:& rogationẽ in Galbam puilegii ſimilẽ ferente: ſũma ſene
ctute(ut ante dixi)M.Cato legẽ ſuadens in Galbã multa dixit:quã orationẽ ĩ origines ſuas ret-
tulit:paucis ante q̃ mortuus eſt:an diebus:an mẽſibus?Tum igit recuſãs Galba pro ſeſe:&.p.r.
fidẽ implorãs:qũ ſuos pueros:tũ.C.Galli etiã filiũ flens cõmendabat:cuius orbitas & fletus mi
re miſerabilis fuit:ppter recentẽ memoriã clariſſimi patris : iſq; ſe tũ eripuit flãme ppter pue-

ros miſericordia populi cõmota:ſicut idẽ ſcriptũ reliquit Cato. Atq; etiã ipſũ Libonẽ nõ infan
tem uideo fuiſſe:ut ex orationibus eius ĩtelligi poteſt. Qum hæc dixiſſem:& paulũ interquie
uiſſem. Quid igit̃ inqt eſt cauſæ Brutus:ſi tanta uirtus in oratore Galba fuit? Cur ea nulla ĩ ora
tionibus eius apparet:qd̃ mirari nõ poſſum in eis:qui nihil oĩno ſcripti reliquerũt? Nec enim
eſt eadẽ inq̃ Brute cauſa nõ ſcribẽdi:& nõ tam bene ſcribendi:q̃ dixerint. Nam uidemus alios
oratores inertia nihil ſcripſiſſe:ne domeſticus etiã labor accederet ad forẽſem. Plæræq;.n.ſcri
bũtur orationes habitæ iam:nõ ut habeãtur alios nõ laborare ut meliores fiãt. Nulla enim res
tantũ ad dicẽdũ ꝓficit quantũ ſcriptio. Memoriã aũt impoſteꝝ igenii ſui nõ deſiderãt: qum ſe
putãt ſatis magnã adeptos eẽ dicẽdi gloriã:eãq; etiã maiorẽ uiſum iri ſi in exiſtimãtiũ arbitriũ
ſua ſcripta nõ uenerint. Alios ꝙ putẽt melius dicere ſe poſſe q̃ ſcribere:qd̃ pingenioſis hoĩbus:
neq; ſatis doctis plærũq; cõtigit:ut ipſi Galbæ:quẽ fortaſſe uis nõ igenii ſolũ:ſed etiã aĩ: & na
turalis quidã dolor dicentẽ incẽdebat:efficiebatq; ut & ĩcitata & grauis:& uehemẽs eẽt oratio:
dein qum ocioſus ſtilũ ꝑhenderat:motuſq; oĩs aĩ: tanq̃ uentus hominẽ defecerat flacceſciebat
oratio:qd̃ iis q limatius dicẽdi cõſectatur genus accidere nõ ſolet:ꝓpterea ꝙ prudentia nunq̃
deficit oratorẽ:qua ille utẽs eodẽ modo poſſit:& dicere & ſcribere. Ardor aĩ nõ ſemp adeſt:iſ
q; qum cõſedit oĩs illa uis & quaſi flãma oratoris extinguit̃. Hanc igit̃ ob cauſã uidet̃ Lælii mẽs
ſpirare etiã ĩ ſcriptis:Galbæ aũt uis occidiſſe. Fuerũt etiã in oratoꝝ numero mediocrium. L. &
SP. Mũmi fratres:quoꝝ extãt amboꝝ orationes. Simplex quidẽ Lucius fuit & antiquus:Spuri
us autẽ nihilo ille quidẽ ornatior: ſed tamẽ aſtrictior. Fuit enim doctus:& diſciplina ſtoicoꝝ.
Multæ ſũt. SP. Albini orõnes:ſũt. L. tauri cautelioꝝ oreſtaꝝ:quos aliquo uideo in numero ora
toꝝ fuiſſe. P. etiã Popilius qum ciuis egregius:tum nõ indiſertus fuit. C. uero filius eius diſert⁹
C. q; Tuditanus qũ omni uita:atq; uictu excultus atq; expolitus:tum eius elegãs eſt habitũ etiã
orationis genus. Eodẽq; in gñe eſt habitus is q iniuria accæpta fregit. T. Gracchus: patiẽtia cu
ius in rebus optimis cõſtantiſſimuſ. M. Octauius. At uero. M. Aemilius Lepidus q ẽ Porcina di
ctus iiſdẽ tpibus fere qbus Galba:ſed paulo minus natu:& ſũmus orator eſt habitus: & fuit ut
apparet ex orationibus ſcꝑtor ſane bonus. Hoc ĩ oratore latino ꝑmũ mihi uidet̃ & lenitas ap
paruiſſe illa græcoꝝ:& uerboꝝ cõprehẽſio:etiã artifex ut ita dicã ſtilus. Nũc ſtudioſe duo ado
leſcẽtes ĩgenioſiſſimi & ꝓpe æquales. C. Carbo:&. T. Gracchus audire ſoliti ſũt:de qbus iã di
cẽdi locus erit:qum de ſenioribus pauca dixero. Qu. enim Põpeius nõ cõtemptus orator tpi
bus illis fuit:qui ſũmos honores homo p ſe cognitus ſine ulla cõmendatione maiorũ eſt ade
ptus. Tum. L. Caſſius multũ potuit:nõ eloquẽtia:ſed dicẽdo tamẽ homo nõ liberalitate ut alii
ſed ipſa triſticia:& ſeueritate popularis:cuius quidẽ legi tabellariæ. M. Antius Briſo tribu. plæ.
diu reſtitit. M. Lepido cõſule adiuuãte. Eaq; reſp. Aphricano uitupationi fuit:ꝙ eius auctorita
te de ſñia deductus Briſo putabat̃. Tum duo Cæpiones multum dicẽtes cõſilio:& lingua plus
auctoritate tamen:& gratia ſubleuabãt. Sed Pompei ſũt ſcripta:nec nimis extenuata: q̃q̃ uete
rũ eſt ſimilis:& plena prudẽtiæ. P. Craſſum ualde ꝓbatũ oratorẽ iiſdẽ fere tpibus accæpimus:
qui & ĩgenio ualuit:& ſtudio:& habuit etiã quaſdã domeſticas diſciplinas. Nam & cũ ſũmo il
lo oratore Seruio Galba:cuius. C. filio filiã ſuã collocauerat:affinitate ſeſe deuinxerat: & qum
eẽt. P. Mutii filius:fratrẽq; haberet. P. Scæuolã domi ius ciuile cognouerat:in eo cõſtat ĩduſtri
am ſũmã fuiſſe:maximãq; gratiã:qum & cõſuleretur plurimũ:& diceret:hoꝝ ætatibus adiun
cti duo. C. Fanni. C. M. F. fuerũt:quoꝝ. C. Fannius q cõſul cũ Domitio fuit unã orationẽ de ſo
ciis:& nomine latino cõtra Gracchũ reliqt:ſane & bonã:& nobilẽ. Tum Atticus:qd ergo? ẽ ne
iſta Fannii? nam uaria opinio pueris nobis erat:alii a. C. Perſio litterato homine ſcriptã aiebãt
illo quẽ ſignificat ualde doctũ eſſe Lucilius: alii multos nobiles:qd̃ quiſq; potuiſſet in illã ora
tionẽ cõtuliſſe. Tũ ego audiui eqdẽ iſta inq̃ de maioribus natu:ſed nunq̃ ſum adductus ut cre
derẽ: eãq; ſuſpitionẽ ꝓpter hãc cauſã credo fuiſſe ꝙ Fannius in mediocribus oratoribus habi
tus eẽt. Oratio aũt uel optima eẽt illo quidẽ tpe orationũ omniũ:ſed nec eiuſmodi eſt:ut a plu
bus confũſa uideat̃. Vnus enim ſonus eſt totius orationis:& idẽ ſtilus:nec de Perſio reticuiſſet
Gracchus:qum & Fãnius de Menelano Maracheno:& de cæteriſ obieciſſet:ꝑſertim qum Fãni
us nunq̃ ſit habitus elinguis. nam & cauſas defẽſitauit:& tribunatus eius arbitrio:& auctorita
te. P. Aphricani geſtus nõ obſcurus fuit. Alter aũt. C. Fãnius. M. F. C. Lælii gener:& moribus &
ipſo gñe dicẽdi durioris ſoceri ĩſtituto:quẽ qa coaptatus in auguꝝ collegiũ nõ erat:nõ admo
dũ diligebat:ꝑſertim qũ ille. Qu. Scæuolã ſibi minorẽ natu geneꝝ ꝑtuliſſet:cui tamẽ Lælius ſe
excuſãs nõ genero minori dixit ſe illud:ſed maiori filiæ detuliſſe. Is tamẽ ĩſtituto Lælii Panæ
tiũ audiuerat. Eius oĩs in dicẽdo facultas:hiſtoria ipſius nõ ineleganter ſcripta pſpici põt: quæ
neq; nimis eſt ĩfans:neq; pfecte diſerta. Mutius aũt augur:qd̃ pſe opus erat ipſe dicebat: ut de
pecuniis repetũdis cõtra. T. Albutiũ:is oratoꝝ in numero nõ fuit:iuris ciuilis intelligẽtia: atq;

omni prudētiæ genere ꝑſtitit. L. Cælius antipater ſcriptor quēadmodū uidetis fuit: ut tpibus il
lis luculētus: iuris ualde pitus: multoꝝ etiā ut. L Craſſi magiſter: utinā in Tyberio Graccho. C.
qꝫ Carbone talis mēs ad rēp. bene gerendā fuiſſet: quale ingeniū ad bñ dicendū fuit: ꝓfecto ne
mo his uiris gloria ꝑſtitiſſet: ſed eoꝝ alter ꝓpter turbulentiſſimū tribunatū: ad quē ex inuidia
fœderis Numātini bonis iratus acceſſerat: ab ipſa rep. eſt iterfectus. Alter ꝓpter ꝑpetuā in po-
pulari natione leuitatē morte uolūtaria ſe a ſeueritate iudicū uindicauit. Sed fuit uterqꝫ ſūmus
orator: atqꝫ hoc memoria patrū teſte didicimus. Nam & Carbonis: & Gracchi habemus orati
ones nondū ſatis ſplēdidas uerbis: ſed acutas: prudētiæqꝫ pleniſſimas. Fuit Gracchus diligētia
Corneliæ matris a puero doctus: & græcis litteris eruditus. Nam ſemp habuit exqſitos e græ-
cia magiſtros. In eis iam adoleſcēs Diaphanē Mithylenæū græciæ tpibus illis diſertiſſimū: ſed
& breue tēpus ingenii augēdi & declarādi fuit. Carbo quo uita ſuppeditauit eſt in multis iudi-
ciis cauſiſqꝫ cognitus. Hūc qui audierāt prudētes homines: in qbus familiaris noſter L. Gellius
qui ſe illi cōturbernalē in cōſulatu fuiſſe narrabat: canoꝝ oratorē: & uolubilē: & ſatis acrē: atqꝫ
eundē: & uehementē: & ualde dulcē: & pfacetū fuiſſe dicebat. Addebat induſtriū etiā & diligētē
& in exercitationibus cōmēdationibuſqꝫ multū ope ſolitū eē ponere. Hic optimus illis tpibus
eſt patronus habitus: eoqꝫ foꝝ tenēte plura fieri iudicia cœperūt. Nam & quæſtiones ꝑpetuæ:
hoc adoleſcēte cōſtitutæ ſūt: quæ antea nullæ fuerūt. L. N. Piſo tri. pl. legē ṗmus de pecuniis re
petūdis Cēſorino & Manilio conſ. tulit. Ipſe etiā Piſo & cauſas egit: & multaꝝ legū: aut auctor
aut diſſuaſor fuit. Iſqꝫ & orationes reliqt: quæ iam euanuerūt: & annales ſane exiliter ſcptos: &
iudicia populi: qbus aderat Carbo: iam magis patronū deſiderabāt: tabella data: quā legem. L
Caſſius Læpido & Mācino con. tulit. Veſter etiā. D. Brutus. M. filius: ut ex familiari eius. L. Ac-
cio poeta ſum audire ſolitus: & dicere nō inculte ſolebat: & erat qum litteris latinis: tū etiā græ
ci: ut tpibus illis ſatis eruditus: quæ tribuerat. Idem Actius etiā. Qu. Maximo. L. Pauli nepoti:
& uero ante Maximū illū Scipionē: quo duce ṗuato. T. Gracchus occiſus eēt: qū oibus in rebuſ
uehementē: tum acrē aiebat in dicēdo fuiſſe: tum etiā. P. Lētulus ille ṗnceps ad rēp. dūtaxat: qđ
opus eēt ſatis habuiſſe eloquētiæ dicit: iiſdēqꝫ tpibus. L. Furiuſ Pilus pbene latine loqui putaba
tur: litteratiuſqꝫ q̄ cæteri. P. Scæuola ualde prudenter & acute: paulo etiā copioſius: nec multo
minus prudēter. M. Manilius: Appii Claudii uolubilis: ſed paulo feruidior erat orō. In aliquo
numero etiā. M Fuluius Flaccus: &. C. Cato Aphricani ſororis filius mediocres oratores: & ſi
Flacci ſcripta ſunt: ſed ut ſtudioſi litteraꝝ. Flacci aūt emulus. P. Decius fuit: nō infans ille quidē
ſed ut uita: ſic oratione etiā turbulētus. M. Druſus. C. F. qui in tribunatu. C. Gracchū collegā ite
rum tri. fecit iure & oratione grauis: & auctoritate: eiqꝫ ꝓxime adiūctus. C. Druſus fr̄ fuit: tuus
& gētilis Brute. M. Pēnus facile agitauit in tribunatu: paulū. C. Gracchū ætate antecedens. Fuit
enim. L. Læpido: &. L. Horeſte conſ. quæſtor Gracchus tr. pennus illius. M. F. qui cū Qu. Aelio
cōſ. fuit: ſed ſi oia ſūma ſperans: ædilitius eſt mortuus. Nam de. T. Flaminio: quē ipſe uidi mihi
accæpi niſi latine diligēter locutū: iis adiūcti ſūt. C. Curio. M. Scaurus. P. Rutilius. C. Gracchuſ
De Rutilio & Scanro breuiter licet dicere: quoꝝ neuter ſūmi oratoriſ habuit laudē: & uterqꝫ ī
multis cauſis uerſatus erat: in qbuſdā laudādis uiris etiā ſi maximi igenii nō eēnt: ꝓbabiles tñ ī-
duſtria: q̄q̄ iis quidē nō oino ingeniū: ſed oratoꝝ ingeniū defuir. Neqꝫ. n. refert uideri qd dicen
dū ſit: niſi id queas ſolute: & ſuauiter dicere: ne id quidē ſatis eſt: niſi id qđ dicit fit uoce: uultu:
motuqꝫ cōditius. Quid dicā opus eē doctrina? ſine qua etiā ſiqd bñ dicit adiuuāte natura: tñ id
qa fortuito fit ſemp paratū eē nō pōt. In Scauri oratione ſapiētis hoīs & recti grauitas ſūma &
naturalis quædā inerat auctoritas: nō ut cauſā: ſed ut teſtimoniū dicere putares: qum ꝓ reo di-
ceret. Hoc dicēdi genus ad patrocinia mediocriter aptū uidebat. Ad ſenatoriā uero ſnīam cu-
ius erat ille ṗnceps uel maxime: ſignificabāt. n. nō prudentiā ſolū: ſed qđ maxime rem cōtine-
bat fidem: habebat hoc a natura ipſa qđ a doctrina nō facile poſſet: q̄q̄ huius quoqꝫ ipſius rei:
quēadmodū ſcis ꝑcæpta ſūt: huius & oratiōes ſūt: & tres ad. L. Fufidiū libri ſcpti de uita ipſius
acta: ſane utiles: quos nemo legit. At Cyri uitam & diſciplinā legunt: ꝑclarā illā quidē: ſed neqꝫ
tam rebus noſtris aptā: nec tñ Scauri laudibus anteponēdā. Ipſe etiā Fufidius ī aliquo patrono
rū numero fuit. Rutilius aūt in quodā triſti: & ſeuero gñe dicēdi uerſatus eſt: & uterqꝫ natura
uehemēs: & acer. Itaqꝫ qū una cōſulatū petiuiſſēt: nō ille ſolū qui repulſā tulerat: accuſauit am-
bitus deſignatū cōpetitorē. Sed Scaurus etiā abſolutus: Rutiliū ī iudiciū uocauit: multaqꝫ opa:
multaqꝫ induſtria Rutilius fuit: quæ erat ꝓpterea gratior: ꝙ idē magnū munus de iure reſpon
dēdi ſuſtinebat: ſūt eius orationes ieiunæ: multa ꝑclara de iure: doctus uir: & græcis litteris eru
ditus: Panætii auditor: ꝓpe pfectus in ſtoicis: quoꝝ pacutū: & artis plenū orationis genus: ſcis
tamē eē exile: nec ſatis populari aſſēſioni accōmodatū. Itaqꝫ illa quæ ꝓpria eſt huius diſciplinæ
philoſophoꝝ de ſe ipſoꝝ opinio firma: in hoc uiro & ſtabilis inuēta eſt: q q̄innocētiſſimus in

iudiciū uocatus eēt:quo iudicio cōuulſam penitus ſcimus eſſe.r.p.qum eēnt eo tēpore eloquē‑
tiſſimi uiri.L.Craſſus:&.M.Antonius cōſulares coꝝ adhibere neutrū uoluit: dixit ipſe ꝓ ſeſe:
& pauca.C.Cotta ꝙ ſororis erat filius:& is quidē tamen ut orator:q̄q̄ erat admodū adoleſcēs.
Sed.Qu.Mutius enucleate:ille quidē & polite ut ſolebat:nequaq̄ autem ea ui atqꝫ copia:q̄ ge‑
nus illud iudicii:& magnitudo cauſæ poſtulabat.Habemus igit̃ in ſtoicis oratoribus Rutiliū:
Scaurū in antiquis:utrūqꝫ tamē laudemus:quoniā per illos ne hæc quidē in ciuitate genera: ac
oratoria laude caruerūt.Volo enim ut in ſcæna:ſic in foro nō eos modo laudari: q celeri mo‑
tu & difficili utātur:ſed eos etiā quos ſtatarios appellāt:quoꝝ ſic illa ſimplex in agēdo ueritas
nō moleſta.Et quoniā ſtoicoꝝ ē facta mētio.Qu.Aelius tubero fuit illo tēpore.L.Pauli nepos
nullo in oratoꝝ numero:ſed uita ſeuerus: & cōgruens cū ea diſciplina quam colebat paulo eti
am durior:qui in triūuiratu iudicauerat cōtra.P.Aphricani auūculi ſui teſtimoniū: uacationē
augures:quo minus iudiciis operā darent nō habere:ſed ut uita:ſic oratiōe durus:īcultus:hor‑
ridus:itaqꝫ honoribus maiorū reſpōdere nō potuit.Fuit autē cōſtans ciuis:& fortis:& īprimis
Graccho moleſtus:qđ indicat Gracchi in eū oratio.Sūt etiā in Gracchū Tuberonis. Is fuit me
diocris in dicēdo:doctiſſimus in diſputādo.Tum Brutus:quā hoc idē in noſtris cōtingere ītel‑
ligo:qđ in græcis:ut oēs fere ſtoici prudētiſſimi in diſſerēdo ſint:& id arte faciāt:ſintqꝫ archite
cti pene uerboꝝ.Iidē traducti a diſputādo:ad dicendū inopes repiātur.Vnū excipio Catonē:ī
quo pfectiſſimo ſtoico ſūmam eloquentiā nō deſiderē:quā exiguā in Fānio: ne in Rutilio qui
dem magnā:in Tuberone nullā uideo fuiſſe.Et ego nō inq̄ Brute ſine cauſa:ꝓpterea ꝙ iſtorū
in dialecticis oīs cura cōſumitur.Vagū illud orationis:& fuſum:& multiplex nō adhibetur ge
nus.Tuus aūt auunculus quēadmodū ſcis habet a ſtoicis id qđ ab illis petendū fuit: ſed dicere
didicit a dicēdis magiſtris:eorūqꝫ more ſe exercuit:ꝙ ſi oīa a philoſophis eēnt petēda:pipate‑
ticoꝝ īſtitutis cōmodius fingeret̃ oratio:quo magis tuū Brute iudiciū ꝓbo:qui eoꝝ ideſt ex ue
tere academia philoſophoꝝ ſectā ſecutus es:quoꝝ in doctrina:atqꝫ pcæptis diſſerēdi ratio cō
iungit̃ cū ſuauitate dicēdi:& copia:q̄q̄ eaipſa pipateticoꝝ achademicorūqꝫ cōſuetudo in orati
one dicēdi talis eſt:ut nec pficere oratorē poſſit ipſa p ſeſe:nec ſine ea orator eſſe pfectus.Nam
ut ſtoicoꝝ aſtrictior eſt oratio:aliquātoqꝫ cōtractior: q̄ aures populi requirunt:ſic illoꝝ liberi
or:& latior:q̄ patitur cōſuetudo iudicioꝝ:& fori.Quis enim uberior in dicēdo Platone? Iouē
ſicut aiūt philoſophi ſi græce loquat̃ loqui.Quis Ariſtotele neruoſior? Theophraſto dulcior
lectitauiſſe Platonē ſtudioſe:audiuiſſe etiā Demoſthenes dicit̃.Idqꝫ apparet ex genere & gran
ditate uerboꝝ.Dicit etiā in quadā epiſtola hoc ipſe de ſeſe:ſed & huius oratio in philoſophiā
trāſlata pugnatior(ut ita dicā)uidet̃:& illoꝝ in iudicia pacatior.Nunc reliquoꝝ oratoꝝ ætates
ſi placet:& gradus pſequamur.Nobis uero Atticus:& uehemēter quidē:ut ꝓ Bruto etiā reſpō
deam.Curio fuit igit̃ eiuſdē ætatis fere:ſane illuſtris orator:cuius de īgenio ex orationibus eiuſ
exiſtimari pōt.Sūt enim & aliæ & ꝓ Seruio Fuluio de inceſtu nobilis oratio.Nobis quidē pue
riſ hæc omniū optima putabātur:quæ uix iam cōparet in hac turba nouoꝝ uoluminū.Præcla
re inqt Brutus teneo qui iſtā turbā uoluminū effecerit.Et ego inq̄ intelligo Brute quem dicas:
certe enim & boni aliqd attulimus iuuētuti:magnificētius q̄ fuerat genus dicēdi:& ornatius:&
nocuimus fortaſſe:qđ ueteres orationes poſt noſtras nō a me quidē: meis enim illas antepo‑
no:ſed a plæriſqꝫ legi ſūt deſitæ.Enumera inqt in plæriſqꝫ:q̄q̄ uideo mihi multa legēda iam te
auctore:quæ antea cōtemnebā.Atqui hæc inq̄ de inceſtu laudata oratio puerilis eſt locis mul‑
tis de amore:de tormētis:de rumore:loci ſane inanes:uerūtamē nōdum tritis noſtroꝝ hoīum
auribus:nec erudita ciuitate tolerabiles.Scripſit etiā alia nōnulla & multa dixit:& illuſtris: & ī
numero patronoꝝ fuit:ut eū mirer:qum & uita ſuppeditauiſſet:& ſplēdor ei nō defuiſſet: con
ſulē nō fuiſſe.Sed ecce in manibus uir:& pſtātiſſimo īgenio:& flagrāti ſtudio:& doctus a pue‑
ro. C.Gracchus.Noli enim putare quenq̄ Brute pleniorē:aut uberiorē ad dicendū fuiſſe.Et il‑
le ſic ꝓrſus inqt exiſtimo:atqꝫ iſtū de ſupioribus pene ſolū lego:Immo plane inq̄ Brute: legas
cēſeo.Damnū enim illi in maturo īteritu res romanæ latinæqꝫ litteræ fecerūt:utinā nō tam fra
tri pietatē q̄ patriæ pſtare uoluiſſet:quā ille facile tali ingenio diutius ſi uixiſſet:uel paternā eēt
uel auitā gloriā cōſecutus.Eloquētia quidē neſcio an habuiſſet parē neminē: grandis eſt uerbis
ſapiēs ſentētiis:genere toto grauis:manus extrema nō acceſſit opibus eius:pclare īchoata mul
ta pfecta:nō plane legēdus inq̄ eſt hic orator Brute:ſi quiſq̄ alius iuuētuti.Nō enim ſolū acue‑
re:ſed etiā alere īgeniū pōt.Huic ſucceſſit ætati.P.Galba Seruilius: eloquētiſſimi uiri filius.P.
Craſſi eloquētis:& iuriſpiti gener.Laudabāt hūc patres noſtri:fauebāt etiā ꝓpter patris memo
riā:ſed cecidit in curſu:nam rogatione Manilia iugurtinæ cōiurationis inuidia:qum ꝓ ſeſe ip‑
ſe dixiſſet oppreſſus eſt:extat eius poratio:q epilogus dicit̃:q tāto in honore pueris nobis erat
ut etiā ediſceremus:hic qui in collegio ſacerdotū eēt pmus poſt Romā conditā iudicio publi‑

co eſt cõdemnatus.P.Scipio qui eſt in cõſulatu mortuus:nõ multũ ille quidem:nec ſæpe dice-
bat:ſed & latine loquẽdo cuius erat par:& oẽs ſale:facetiiſq; ſupabat:eius collega.L.Beſtia bo-
nis initiis orſus tribunatus.Nam.P.Pupiliũ ui.C.Gracchi expulſũ ſua rogatione reſtituit. Vir
& acer:& nõ indiſertus:triſtis exitus habuit cõſulatus.Nam inuidioſa lege manilia quæſtio.C.
Galbã ſacerdotẽ:& quatuor cõſulares.L.Beſtiã.C.Catonẽ.SP.Albinũ:ciuẽq; præſtãtiſſimũ.L
Opimiũ Gracchi interfectorẽ a populo abſolutũ:qum is cõtra populi ſtudium ſtetiſſet:Grac-
chum iudices ſuſtulerũt.Huius diſſimilis in tribunatu:reliquaq; omni uita cuius improbus.C.
Licinius nerua nõ indiſertus fuit.C.Fimbria tẽporibus iiſdẽ fere:ſed lõgius ætate ꝓuectus ha-
bitus eſt ſane(ut ita dicã)loculẽtus patronus:aſper:maledicus:genere toto paulo feruidior: at-
q; cõmotior:diligẽtia tamẽ:& uirtute animi:atq; uita bonus auctor i ſenatu.Idẽ tolerabilis pa-
tronus:nec rudis in iure ciuili:& qum uirtute:tum etiã ipo orationis genere liber:cuius oratio-
nes pueris legebamus:quas iam reperire uix poſſumuſ.Atq; etiã igenio & ſermone elegãti:ua-
litudine incõmoda.C.Sextius Caluinus fuit: qui & ſi qum remiſerãt dolores pedũ:nõ deerat i
cauſiſ:tamẽ id nõ ſæpe faciebat.Itaq; cõſilio eius qum uolebãt homines utebantur:patrocinio
qum licebat.Iiſdẽ tpibus.M.Brutus:in quo magnũ fuit Brute decus generi ueſtro: qui qũ tãto
nomine eẽt:patrẽq; optimũ uirũ habuiſſet:& iuriſperitiſſimũ accuſationẽ factitauerit:ut Athe-
nis Lycurgus:is magiſtratus nõ petiuit:ſed fuit accuſator uehemẽs & moleſtus:ut facile cerne-
res naturale quoddã ſtirpis bonũ degenerauiſſe uitio deprauatæ uolũtatis.Atq; eodẽ tẽpore
accuſator de plæbe.L.Cæſulenus fuit:quẽ ego audiui iam ſenẽ:qum ab.L.Sauelio mulctã lege
aquilia de iuſticia petiuiſſet.Nõ feciſſem hominis pene infimi mentionẽ:niſi iudicarẽ: qui ſuſ-
pitioſius:aut criminoſius diceret audiſſe me neminẽ:doctus etiã græcis.T.Albitius:uel potius
pene græcus loquar(ut opinor)ſed licet ex orationibus iudicare.Fuit aũt Athenis aduleſcẽs:ꝑ-
fectus Epicureus euaſerat:mime aptũ ad dicẽdũ genus.Iãq;.Qu.Catullus nõ ãtiquo illo more
ſed hoc noſtro niſi qd fieri põt ꝑfectius:eruditius:multæ litteræ ſũmæ:non uitæ ſolũ:atq; natu-
ræ:ſed orationis etiã comitas incorrupta quædã latini ſermonis itegritas: quæ ꝑſpici qum ex
orationibus eius põt:tum facillime ex eo libro:quẽ de cõſulatu:& de rebus geſtis ſuis cõſcptũ
molli:& Xenophonteio gñe ſermonis miſit:ad.A.Furiũ poetã: familiarẽ ſuũ: qui liber nihilo
notior eſt q̃ illi tres(de qbus ante dixi)Scauri libri.Tum Brutus: mihi quidẽ nec iſte notus eſt:
nec illi:ſed hæc mea culpa eſt:nunq̃ enim in manus inciderũt. Nũc autẽ & a te ſumam:& con-
quirã iſta poſthac curioſius. Fuit igiť i Catullo ſermo latinus:quæ laus dicẽdi nõ mediocris ab
oratoribus plæriſq; neglecta eſt. Nam & ſono uocis & ſuauitate appellãdaꝝ litterarũ:quoniã
filiũ cognouiſti:noli expectare quid dicã:q̃q̃ filius nõ fuit in oratoꝝ numero: ſed nõ deerat ei
tamẽ in ſentẽtia dicẽdi:qum prudẽtia:tum elegãs quoddã:& eruditũ orationis genus.Nec ha-
bituſ eſt:tamẽ pater ipſe Catullus p̃nceps in numero patronoꝝ:ſed erat talis:ut qũ quoſdã au-
dires:qui tum erãt ꝓ̃ſtantes:uidereť eẽ inferior.Qum autẽ ipſũ audires ſine cõparatiõe nõ mo-
do cõtẽtus eſſes:ſed melius nõ quæreres.Qu.Metellus numidicus:& eius collega.M.Syllanus
dicebãt de.r.p.qď eẽt illis uiris:& cõſulari dignitati ſatis.M.Aurelius Scaurus:nõ ſæpe dicebat
ſed polite:latine uero imp̃mis eſt elegãter locutus:quæ laus eadẽ in Aulo Albinio bene loquẽ-
di fuit.Nã Flamẽ Albinus etiã in numero eſt habitus diſertorũ. Qu.etiã Cæpio uir acer & for-
tis:qui fortuna belli crimini:iuidia populi:calamitati fuit.Tum etiã.C.L.Mẽmii fuerũt orato-
res mediocres:accuſatores acres:atq; acerbi.Itaq; in iudiciũ capitis multos uocauerũt:pro reis
nõ ſæpe dixerũt.SP.Torius ſatis ualuit in populari gñe dicẽdi:is q agrũ publicũ uitioſa & iuti-
li lege uectigale leuauit.M. Marcellus Eſernini pater non ille quidẽ in patronis:ſed & in ꝓm-
ptis tamẽ:& nõ exercitatis ad dicendũ fuit:ut filius eius.P.Lẽtulus.L.etiã Cotta ꝓ̃torius in me-
diocriũ oratoꝝ numero dicẽdi:nõ ita multũ laude ꝓceſſerat:ſed de iduſtria:qum uerbis:tũ eti-
am ipſo ſono quaſi ſubruſtico ꝓſequebať:atq; imitabať antiqtatem.Atq; & ego i hoc ipſo Cot-
ta:& in aliis pluribus itelligo me nõ ita diſertos hoies:& retuliſſe in oratoꝝ numerũ:& relatu-
rũ.Eſt enim ꝓpoſitũ colligere eos q hoc munere i ciuitate fũcti ſũt:ut tenerẽt oratoꝝ locũ:quo-
rũ quidẽ quæ fuerit aſſẽſio:& quã in oĩbus rebus difficilis optimi ꝑfectio:atq; abſolutio ex eo
qď dicã exiſtimari põt. Quãmulti enim iã oratores cõmemorati ſũt: & q̃diu in eoꝝ enume-
ratione uerſamur:qũ tñ ſpiſſe:atq; uix ut dudũ ad Demoſthenẽ:& Hypidem:ſic nũc ad Anto-
niũ:Craſſũq; ꝑuenimus.Nã ego ſic exiſtimo hos oratores fuiſſe maximos: & in his p̃mũ cum
græcoꝝ gloria:latine dicẽdi copiã æquatã.Oĩa ueniebãt Antonio in mentẽ ea q̃ ſuo quæq; lo-
co ubi plurimũ ꝓficere & ualere poſſẽt:ut ab impatore eqtes:pedites:leuis armatura:ſic ab il-
lo i maxime opportunis orationis partibus collocabanť.Erat memoria ſũma nulla meditatio-
nis ſuſpitio:impatus ſemp aggredi ad dicẽdũ uidebať:ſed ita erat paratuſ:ut iudices illo dicẽte
nõnunq̃ uiderent nõ ſatis parati ad cauẽdũ fuiſſe.Verba ipſa:nõ illa quidẽ elegãtiſſimo ſermo-

ne. Itaq; diligēter loquēdi laude caruit:neq; tamē eſt admodū inq̄nate locutus:ſed illa quæ ꝓ-
prie laus oratoris eſt in uerbis:nam ipſū latine loqui eſt illud quidē eſt (ut pauloante dixi) i ma
gna laude ponendū:ſed nō tam ſua ſpōte:q̄ qđ eſt a plæriſq; neglectū. Nō enim tam ꝑclarum
eſt ſcire latine:q̄ turpe neſcire. Neq; tam id mihi oratoris boni:q̄ ciuis romani ꝓpꝛium uidet:ſed
tamē Antonius in uerbis & eligēdis:neq; idipſū tam leporis cauſa:q̄ pōderis:& collocandis:&
cōpreſſiōe deuinciēdis:nihil nō ad rationē:& tanq̄ ad artē dirigebat. Verū mlto magis hoc idē
in ſentētiarū ornamētis:& cōformatiōibus:quo gñe q̄ ꝑſtat oībus Demoſthenes:iccirco a do
ctis oratoꝝ eſt ꝑnceps iudicatus. Schemata enim quæ uocāt græci: ea maxime ornāt oratorē
ea quæ nō tam in uerbis pingēdis habēt pōdus:q̄ in illumināis ſentētiis:ſed qum hæc magna
in Antonio:tum actio ſingularis: quæ ſi partiēda eſt i geſtū:atq; uocē geſtus erat nō uerba exꝑ
mens:ſed cū ſentētiis cōgruēs:manus:humeri:latera:ſupploſio pedis:ſtatus:inceſſus:oīſq; mo
tus cū uerbis:ſentētiiſq; cōſentiens:uox ꝑmanēs: uerū ſubrauca natura:ſed hoc uitiū huic uni i
bonū cōuertebat. Habebat enim flebile quiddā in quæſtionibus:aptūq; qum ad fidē faciendā:
tum ad miſericordiā cōmouendā:ut uerū uideret in hoc illud qđ Demoſthenē ferūt:ei q̄ quæ
ſiuiſſet qd primū eēt in dicēdo actionē:qd ſecūdū idē:& idē tertiū reſpondiſſe. Nulla reſ magis
penetrat in aīos:eoſq; fingit:format:flectit:taliſq; oratores uideri facit:quales ipſi ſe uideri uo-
lūt. Huic alii parē eē dicebāt:alii anteponebāt L. Craſſū:illđ quidē certe oēs ita iudicabāt:nemi
nem eē qui hoꝝ alterutro patrono cuiuſq̄ ingeniū req̄reret. Equidē q̄q̄ Antonio tātum tribuo
quantū ſupradixi:tamē Craſſo nihil ſtatuo fieri potuiſſe ꝑfectius:erat ſūma grauitas: erat cum
grauitate iunctus facetiarū:& urbanitatis oratorius nō ſcurrilis lepos: latine loquēdi accurara
& ſine moleſtia diligēs elegātia:i diſſerēdo mira explicatio:qū de iure ciuili:qū de æquo & bo-
no diſputaret argumentoꝝ:& ſimilitudinū copia. Nam ut Antonius cōiectura mouēda:aut ſe
dāda ſuſpitione:aut excitāda incredibilē uim hēbat:ſic i interꝑtādo:in diffiniēdo: in explicāda
æq̄tate nihil erat Craſſo copioſius:idq; qum ſæpe alias:tum apud cētūuiros. M. Curii cauſa co
gnitū eſt. Ita enim multa tum cōtra ſcriptū ꝓ æquo:& bono dixit: ut hominē acutiſſimū. Qu.
Scæuolā:& in iure in quo illa cauſa uerſabat paratiſſimū obrueret argumentoꝝ:exēploruncq;
copia:atq; ita tum ab his patronis æqualibus:etiā cōſularibus cauſa illa dicta ē: qum uterq; ius
ciuile ex cōtraria parte defenderet:ut eloquentiū iuriſpitiſſimus Craſſus:iuriſpitoꝝ eloquētiſ-
ſimus Scæuola putaret:qui quidē qum ꝑacutus eēt ad excogitandū qd in iure:aut in æquo ue-
rū aut eēt:aut nō eēt:tum uerbis erat ad rem ſūma breuitate mirabiliter aptus. Quare ſit nobis
orator in hoc interpretādi:explicādi:ediſſerēdi genere mirabilis:ſicut ſimile nihil uiderim i au
gēdo:in ornādo:in refellēdo magis exiſtimator metuēdus:q̄ admirādus orator. Verū ad Craſ
ſū reuertamur. Tū Brutus:Etſi ſatis inq̄t mihi uidebar haberi cognitū Scæuolā ex his rebuſ:q̄s
audiebā ſæpe ex. C. Rutilio quo utebat ꝓpter familiaritatē Scæuolæ noſtri:tamē iſta mihi di-
cēdi tāta laus nota nō erat. Itaq; cœpi uoluptatē tā ornatū uirū:tāq; excellēs ingeniū fuiſſe i nr̄a
rep. Hic ego:Noli inq̄ Brute exiſtimare his duobus q̄cq̄ fuiſſe in noſtra ciuitate ꝑſtātius. Nam
(ut pauloante dixi) conſultoꝝ alteꝝ diſertiſſimū diſſertoꝝ: alterū conſultiſſimū fuiſſe:ſic in re-
liq̄s rebus ita diſſimiles erāt inter ſeſe ſtatuere ut tamē nō poſſis:utrius te malles ſimiliorē. Craſ
ſus erat elegantiū parciſſimus:Scæuola parcoꝝ elegātiſſimus. Craſſus in ſūma comitate habe
bat etiā ſeueritatis ſatis:Scæuolæ multa in ſeueritate:nō deerat tamē comitas:licet omnia hoc
modo:ſed uereor ne fingi uideātur. Hæc ut dicantur a me quodāmodo res ſe tamen ſic habet:
qum omnis uirtus ſit:ut ueſtra Brute uetus academia dixit mediocritas: uterq; horū medium
quiddam uolebat ſequi:ſed ita cadebat ut alter ex alteriuſ laude partem:uterq; autem ſuam to
tam haberet. Tum Brutus:Qum ex tua oratione mihi uideor inquit bene Craſſum & Scæuo
lam cognouiſſe: tum de te & Seruio Sulpitio cogitans eſſe quandam uobis cum illis ſimilitu-
dinem iudico. Quonā inq̄ iſtuc modo? quia mihi & tu uideris inq̄t tantū iuris ciuilis ſcire uolu
iſſe:quantum ſatis eſſet oratori:& Ser. eloquētiæ tantum aſſumpſiſſe:ut ius ciuile facile poſſit
tueri:ætateſq; ueſtræ:ut illoꝝ nihil:aut nō fere multū differunt. Et ego de me inq̄ dicere nihil ē
neceſſe:de Seruio autē & tu ꝓbe dicis:& ego dicā qđ ſentio. Nō enim facile quē dixerim plus
ſtudii q̄ illum:& ad dicendū:& ad omnes bonarū rerum diſciplinas adhibuiſſe:nam & iiſdem
exercitationibus ineunte ætate fuimus:& poſtea una Rhodum ille etiā profectus eſt:quo me-
lior eſſet:& doctior:& inde ut rediit:uidetur mihi in ſecūda arte ꝑmus eſſe maluiſſe: q̄ in ꝑma
ſecundus. Atq; haud ſcio an par ꝑncipibus eſſe potuiſſet:ſed fortaſſe maluit id qđ eſt adeptus
longe omniū nō eiuſdē modo ætatis:ſed eoꝝ etiā qui fuiſſēt i iure ciuili eē ꝑnceps. Hic Brutus
ain tu inq̄t? etiā ne. Qu. Scæuolæ Seruiū noſtrū anteponis? Sic enim inq̄ Brute exiſtimo:iuris
ciuilis magnum uſum: & apud Scæuolam: & apud multos fuiſſe artē in hoc uno quod nunq̄
effeciſſet ipſius iuris ſcientia: niſi eam præterea didiciſſet artem quæ doceret rem uniuerſam

tribuere in partes:latentē explicare definiēdo:obſcurā explanare interꝑ tando:ambiguā ꝑmū
uidere:deinde diſtinguere:poſtremo habere regulā qua uera & falſa iudicarētur: & quæ qbus
ꝓpoſitis eēnt:quæq; nō eēnt cōſequentia. Hic enim attulit hāc artē omniū artiū maximā: qua-
ſi lucē ad ea quæ cōfuſe ab aliis:aut reſpōdebantur:aut agebant. Dialecticā mihi uideris dicere
inqt. Recte inq̄ intelligis:ſed adiūxit etiā & litteraꝝ ſcientiā:& loquēdi elegantiā:quæ ex ſcptiſ
eius:quoꝝ ſimilia nulla ſūt facillime ꝑſpici poteſt. Qunq; diſcēdi cauſa duobus pitiſſimis ope
ram dediſſet. L. Lucilio Balbo. C. Aquilio Gallo:Galli hominis acuti & exercitati:ꝓmptam &
paratā in agēdo:& in reſpōdendo celeritatē ſubtilitate:diligētiaq; ſuꝑauit. Balbi docti & eru-
diti hoīs in utraq; re cōſideratā tarditatē uicit:expediēdis conficiendiſq; rebus: ſic & habet qđ
uterq; eoꝝ habuit:& expleuit qđ utriq; defuit. Itaq; ut Craſſus mihi uidet ſapientius feciſſe: q̄
Scæuola (hic enim cauſas ſtudioſe recipiebat:in qbus a Craſſo ſuꝑabatur:ille ſe cōſuli ſolebat:
nequa in rē inferiori eēt q̄ Scæuola) ſic Seruius abſentiſſime qum duo ciuiles artes: ac forenſes
plurimū & laudis haberēt & gratiæ:ꝑfecit ut altera ꝓſtaret oībus:ex altera tātū aſſumeret:quā
tum eſſet:& ad tuendū ius ciuile:& ad obtinendā conſularē dignitatē ſatis. Tum Brutus:ita ꝑ-
ſuſ inqt & antea putabā. Audiui enim nuꝑ eū ſtudioſe:& frequenter ſumi:qum ex eo ius noſtꝝ
pontificiū:qua ex parte cū iure ciuili coniunctū eēt uellem cognoſcere:& nūc meū iudiciū mł-
to magis confirmo teſtimonio & iudicio tuo:ſimul illud gaudeo:ꝙ & æqualitas ueſtra:& pa-
res honoꝝ gradus & artiū:ſtudiorūq; quaſi finitima uicinitas tantū abeſt ab obtrectatione in-
uidiæ q̄ ſolet lacerare plæroſq;:ut in ea nō modo nō exulcerare ueſtrā gratiā:ſed etiā concilia-
re uideat: quali enim te erga illū ꝑſpicio:tali illū in te uolūtate:iudicioq; cognoui. Itaq; doleo
& illius cōſilio:& tua uoce populū romanū carere tam diu:qđ qum ꝑ ſe dolendū eſt:tum mul
to magis cōſideranti ad quos iſta nō trāſlata ſint:ſed neſcio quo pacto deuenerint. Hic Atticus
dixerā inqt a ꝑncipio de rep. ut ſileremus:itaq; faciamus. Nā ſi iſto modo uolumus ſinglas res
deſiderare:nō modo quærēdi:ſed ne lugēdi quidē finē repiemus. Pergamus ergo inq̄ ad reliq̄
& inſtitutū ordinē ꝑſequamur. Paratus igit ueniebat Craſſus:expectabat:audiebatur a princi-
pio ſtatim:qđ erat apud eū ſemꝑ accuratū:expectatiōe dignus uidebat:nō multa iactatio cor-
poris:nō inclinatio uocis:nulla inambulatio:nō crebra ſupploſio pedis:uehemēs & interdum
irata:& plena iuſti doloris oratio:multæ & cū grauitate facetiæ:qđq; difficile eſt:idē & ꝑorna
tus:& ꝑbreuis. Iam in altercādo iuenit parem neminē: uerſatus eſt in omni fere genere cauſaꝝ
mature in locū ꝑncipū oratoꝝ uenit. Accuſauit Carbonē eloquētiſſimū hominē admodū adu
leſcēs:ſūmam ingenii nō laudē modo:ſed etiā admirationē eſt cōſecutus. Defendit poſtea Lici
niā uirginē:qum annos uigintiſeptē natus eēt:in eaipſa cauſa fuit eloquentiſſimus: orationiſq;
eius ſcriptas quaſdā in partes reliqt. Voluit adoleſcēs in colonia Narbonenſi cauſæ popularis
aliqd attingere:eāq; coloniam ut fecit ipſe deducere. Extat in eā legē ſerior (ut ita dicā) q̄ ætas il
la ferebat oratio. Multæ deinde cauſæ:ſed ita tacitus tribunatus:ut niſi in eo magiſtratu cœna-
uiſſet apud præconē Graniū:idq; nobis bis narrauiſſet Lucilius:tri. plæ. neſciremus fuiſſe. Ita
ꝓrſus inqt Brutus:ſed ne de Scæuolæ quidē tribunatu quicq̄ audiuiſſe uideor:& eū collegam
Craſſi credo fuiſſe:oībus quidē aliis inq̄ magiſtratibus:ſed tribunus anno poſt fuit:eoq; in ro
ſtris ſedēte ſuaſit ſeruiliā legē Craſſus. Nam cenſurā ſine Scæuola geſſit:eum enim magiſtratū:
nemo unq̄ Scæuolaꝝ petiuit:ſed hæc Craſſi qū edita oro eſt:quā te ſæpe leigiſſe certe ſcio q̄tu
or & triginta tum habebat annos:totidēq; annis mihi ætate ꝓſtabat. His enim cōſulibus eā le-
gem ſuaſit:qbus nati ſumus qum ipſe eēt. Qu. Cæpione natus:&. C. Lælio triēnio ipſo minor
q̄ Antonius:qđ iccirco poſui:ut dicēdi latine ꝑma maturitas:in qua ætate extitiſſet poſſet no-
tari:& intelligeret iam ad ſūmū pene eē ꝑductam:ut eo nihil ferme quiſq̄ addere poſſet niſi q
a philoſophia:& a iure ciuili ab hiſtoria fuiſſet inſtructior. Erit inqt. M. Brutus:aut iam eſt iſte
quē expectas? neſcio inq̄. Sed eſt etiā. L. Craſſi ī cōſulatu:ꝓ. Qu. Cæpione defenſione iūcta nō
breuis:ut laudatio:ut oratio aūt breuis:poſtrema cēſoris oratio: qua anno duodeqnquageſi-
mo uſus eſt. In his oībus ineſt quidā ſine ullo phuco ueritatis color:qnetiā cōprehenſio:& am
bitus ille uerboꝝ:ſi ſic periodū appellari placet:erat apud illū cōtractus:& breuis:& in mēbra
quædā: quæ κολα græci uocāt:diſpartiebat orationē lubētius. Hoc loco Brutus quādoqdē tu
iſtos oratores inqt tantoꝑe laudas uellē aliqd Antonio præter illū de ratione dicēdi:ſane exi-
lem libellū:plura Craſſo libuiſſet ſcribere. Qum enim oībus memoriā ſui: tum etiā diſciplinā
dicēdi nobis reliqſſet. Nā Scæuolæ dicēdi elegantiā ſatis ex his orationibus quas reliqt hēmus
cognitā. Et ego mihi quidē a pueritia quaſi magiſtra fuit inq̄ illa in legem Cæpionis oratio:in
qua & auctoritas ornat ſenatus:quo pro ordine illa dicūtur:& inuidia concitatur in iudicum:
& in accuſatorū factionē: contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit:multa
in illa oratione grauiter:multa leniter:multa aſpere:multa facete dicta ſunt:plura etiam dicta

q̄ ſcripta:qđ ex quibuſdā capitibus expoſitis:nec explicatis intelligi pōt.Ipſa illa cēſoria cōtra
C.Domitiū collegā nō eſt oratio:ſed quaſi capita rerū & orationis cōmentariū paulo plenius
Nulla ē enim altercatio clamoribus unq̄ habita maioribus.Et uero fuit in hoc:& popularis di
ctio excellēs Antonii genus dicēdi multo aptius iudiciis:q̄ cōcionibus.hoc loco ipſū Domitiū
nō relinquo.Nam & ſi nō fuit in oratoꝝ numero:tamē pono ſatis in eo fuiſſe orationis: atq; i-
genii:quo & magiſtratus pſonā:& cōſularē dignitatē tueret̄:qđ idē de.C.Cælio dixerim:indu
ſtriā in eo ſūmam fuiſſe:ſūmaſq; uirtutes eloquētiæ tantū qđ eēt in rebus puatis amicis eius: in
repu.ipſius dignitatis ſatis.Eodē tēpore.M.Herēnius in mediocribus oratoribus latine:& dili-
gēter loquētibuſ numeratus eſt:qui tamē ſūma nobilitate hominē cognatione:ſodalitate:colle
gio:ſūma etiā eloquētia.L.Philippū in cōſulatus petitione ſupauit.Eodē tēpore.C.Clodius &
ſi ꝓpter ſūmam nobilitatē:& ſingularē potentiā magnus erat:tamē etiā eloquētiæ quandā me
diocritatē afferebat.Eiuſdē fere tpis fuit eques romanus.C.Titius:qui meo iudicio eo peruenſ-
ſe uidet̄ quo potuit fere latinus orator:ſine græcis litteris:& ſine multo uſu puenire.Huius ora
tiones tantū argutiarū:tantū exemploꝝ:tantū urbanitatis habēt:ut pene Attico ſtilo ſcriptæ eſ
ſe uideātur.Eaſdē argutias in tragœdias:ſatis quidē ille acute:ſed paꝝ tragice trāſtulit:quē ſtu-
debat imitari.L.Affraniuspoeta:homo pargutus:in fabulis quidē etiā utſcitis diſertus. Fuit eti
am.Qu.Rubrius Varro:qui a ſenatu hoſtis cū.C.Mario iudicatus eſt:acer:& uehemēs accuſa-
tor.In eo genere ſane ꝓbabilis:doctus aūt græcis litteris:ꝓpinquus noſter factus ad dicēdū.M.
Gratidius.M.Antonii pfamiliaris: cuius pfectus qum eēt i Cilicia ē īterfectus:qui accuſauit.C.
Fimbriā.M.Marii gratidiani patrē:atq; etiā apud ſocios:& latinos oratores habiti ſūt:Qu. Ve
ctius uectianus e Marſis : quē ipſe cognoui:prudēs uir: & in dicēdo breuis.Qu.D.Sorani uici-
ni & familiares mei nō tam in dicēdo admirabiles:q̄ docti & græcis litteris:& latinis.C.Ruſti-
cellus bonoměſis:is quidē & exercitatus:& natura uolubilis . Oīum aūt eloquentiſſimus extra
hāc urbē.T.Betutius Barrus Aſculanus:cuiuſ ſūt aliquot orationes Aſculi habitæ. Illa Romæ
cōtra Cæpionē:nobilis ſane cui orationi Cæpionis ore reſpōdit Elius: q ſcriptitauit oratiōes
multas:orator ipſe nunq̄ fuit.Apud maiores aūt noſtros uideo diſertiſſimū habitū ex latio.L.
Papyriū Fregellanū.T.Gracchi.P.F.fere ætate:eius aūt oratio eſt ꝓ Fregellanis:Coloniſq; la-
tinis habita in ſenatu. Tum Brutus:Quid tu igit̄ inqt tribuis iſtis externis quaſi oratoribus?qd
cēſes inq̄?niſi idē qđ urbanis:pter unū qđ nō eſt eoꝝ urbanitate quadā:quaſi colorata oratio.
Et Brutus:qui eſt inqt iſte tandē urbanitatis color?neſcio inq̄:tantū eē quēdam ſcio.Id tu Bru-
te iam ītelliges:qum ī Galliā ueneris: audies tu quidē etiā uerba quædā nō trita romæ:ſed hæc
mutari dediſciq; poſſūt.Illud eſt maius:qđ in uocibus noſtroꝝ oratoꝝ recinuit quiddā : & re-
ſonat urbanius.Nec hoc in oratoribus modo apparet:ſed etiā in cæteris.Ego memini.T.Tin-
cam placentinū hominē facetiſſimū:cū familiari noſtro.Qu.Granio pcone dicacitare certare.
Eum inqt Brutus:de quo multa Lucicilius:iſto ipſo:ſed Tincam nō minus multa ridicule dicē
tem Granius obruebat.Neſcio quo ſapore uernaculo:ut ego iam non mirer:illud Theophra
ſto accidiſſe:qđ dicit̄:qum pcontaret̄ ex annicula quadā quāti aliqd uēderet:& reſpōdiſſet illa
atq; addidiſſet hoſpes nō pote minoris:tuliſſe eū moleſte:ſe non effugere hoſpitis ſpeciē qum
ætatē ageret Athenis:optimeq; loqueret̄.Omniū(ſicut opinor)in noſtris eſt quidā urbanoꝝ:ſi
cut illic atticoꝝ ſonus:ſed domū redeas:ideſt ad noſtros reuertamur.Duobus igit̄ ſūmis Craſ-
ſo & Antonio.L.Philippus ꝓximus accedebat:ſed lōgo interuallo tamen ꝓximus.Itaq; eū: &
ſi nemo ītercedebat:qui ſe illi anteferret:neq; ſecundū tamē:neq; tertiū dixerim.Nec enim ī q̄-
drigis eū ſecundū numerauerim:aut tertiū:q uix e carceribus exierit:qum palmā iam pmus ac
cæpit:nec in oratoribus q tantū abſit a pmo:uix ut in eodē curriculo eē uideat̄:ſed tamē erāt ea
in Philippo:quæ ſine cōparatione illoꝝ ſpectaret:ſatis magna diceret.ſūma libertas in oratio-
ne:multæ facetiæ:ſatis creber in repiendis:ſolutus inexplicādis ſniis: erat etiā īprimis ut tpibus
illis græcis doctrinis īſtitutus:in altercādo cū aliquo aculeo:& maledicto facetus.Hoꝝ ætati ꝓ
pe cōiunctus.L.Cælius nō tam uēdibilis orator:q̄ ut neſcires qd ei deeſſet:nec enim erat indo-
ctus:nec tardus ad excogitandū:nec romanarū rerū īmemor:& uerbis ſolutus ſatis:ſed in ma-
gnos oratores inciderat eius ætas:multam tamē operam amiciſ:& utilem præbuit:atq; ita diu
uixit:ut multarū ætatum oratoribus implicaretur:multū etiam in cauſis uerſaretur. Iiſdem fe-
re tēporibus.D.Brutus is qui cōſul cum Mamerco fuit:homo & græcis doctus litteris : & lati-
nis.Dicebat etiam.L.Scipio nō imperite:Cneuſq; Pompeius Sex.F.at quē numerū obtinebat
nam Sextus frater eius præſtantiſſimū ingeniū cōtulerat ad ſūmam iuris ciuilis:& ad pfectam
geometriæ rerum ſtoicarum ſcientiā:ita minime.Et ante hoc.M Brutus:& paulopoſt eum.C.
Bilienus homo per ſe magnus prope ſimili ratione : ſummus euaſerat ; qui conſul factus ni-
ſi in marianos conſulatus:& in eas petitionis anguſtias incidiſſet.Cn.autem Octaui eloquētia

quæ fuerat ante cōſulatum ignorata:in conſulatu multis cōcionibus eſt uehemēter ꝓbata: ſed
ab eis qui tantū in dicentiū numero nō in oratoꝝ fuerūt.Iam ad oratores reuertamur.Cenſeo
inqt Atticus:eloquētis enī uidebare:nō ſedulos uelle cōquirere.Feſtiuitate igitur & facetiis in/
q̄.C.Iulius.L.F.& ſupioribus:& æqualibus ſuis oībuſ pſtitit:oratorq; fuit:minime ille quidem
uehemēs:ſed nemo unq̄ urbanitate:nemo lepore:nemo ſuauitate cōditior . Sunt eius aliquot
orationes:ex qbus ſicut ex eiuſdē tragœdiis lenitas eius ſine neruis pſpici pōt . Eius æqualis.P.
Cethegus:cui de repu.ſatis ſuppeditabat oratio. Totā enim tenebat eam:penituſq; cognorat .
Iaq; in ſenatu cōſulariū auctoritatē aſſequebat:ſed i cauſis publicis nihil:puatis ſatis ueterator
uidebatur.Erāt in puatis cauſis.Qu.Lucretius uiſpillo & acutus:& iuriſperitus:nam a filia apti
or cōcionibus q̄ iudiciis.prudēs etiā.T.Annius uelina : & in eius generis cauſis orator ſane to/
lerabilis.In eodē genere cauſarū multū erat Ti.iuuētius:nimis ille quidē lētus in dicēdo : & pe/
ne frigidus:ſed & callidus:& in capiēdo aduerſario uerſutus:& pterea nec indoctus : & magna
cū iuris ciuilis intelligētia:cuius auditor.P.Orbius meus fere æqualis in dicēdo nō nimis exer/
citatus:in iure autē ciuili nō inferior:q̄ magiſter fuit . Nā.T.Aufidius qui uixit ad ſūmam ſene/
ctutē uolebat eē ſimilis hoꝝ:eratq; & bonus uir:& innocēs:ſed dicebat parū:nec ſane plus fra/
ter eius.M.Vergilius qui tri.plæ.L.Syllæ impatori diē dixit.Eius collega.P.Magius in dicēdo
tamē copioſior:& omniū oratoꝝ:ſiue rabulaꝝ:qui & plane indocti:aut iurbani:aut ruſtici eti/
am fuerūt:quos quidē ego cognouerim ſolutiſſimū in dicendo:& acutiſſimū iudico noſtri or/
dinis.Qu.Sertoriū equeſtris.C.Gorgoniū.fuit etiā facilis & expolitus ad dicendū:& uitæ ſplē
dore multo:& ingenio ſane ꝓbabili.T.Iunius.L.filius tribunitius:quo accuſāte.P.Sextius. Pr.
deſignatus:dānatus eſt ambitus:is ꝓceſſiſſet honoribus lōgius:niſi ſemp īfirma:atq; etiā ægra
ualitudine fuiſſet.Atq; ego pclare intelligo me in eoꝝ cōmemoratione uerſari: qui nec habiti
ſint oratores:neq; fuerint:prætermitiq; a me aliquot ex ueteribus cōmemoratione: aut laude di
gnos:ſed hoc quidē ignoratiōe.Quid enim ē ſupioris ætatis:qd ſcribi poſſit de iis de qbus nl/
la monumēta loquūtur:nec alioꝝ:nec ipſoꝝ. De iis aūt quos ipſi uidim⁹ neminē fere ptermit
timus:eoꝝ quos aliquādo dicētes uidimus.Volo enim ſcire in tāta:& tam uetere.r.p. maximis
pmiis eloquētiæ ꝓpoſitis:oīs cupiſſe dicere:nō plurimos auſos eē potuiſſe paucos . Ego tamē
ita de unoquoq; dicā:uti ne elegi poſſet:quē exiſtimem clamatorē:quē oratorē fuiſſe iiſdē fe/
re tēporibus:ætate inferiores Paulo q̄ Iulius:ſed æqualis ꝓpemodū fuerūt.C.Cotta.P. Sulpi/
tius.Qu.Varrius.Cn.Pōponius.C.Curio.L.Fuſius.M.Druſus patricius:nec ulla ætate uberi/
or oratoꝝ fœtus fuit.Ex his Cotta & Sulpitius qū meo iudicio:tum omniū facile pmaſ tulerūt
Hic Atticus quomodo iſtuc dicis inqt: qū tuo iudicio:tum omniū:ſemp ne in oratore ꝓbādo
aut improbādo uulgi iudiciū:cū intelligentiū iudicio cōgruit: An alii ꝓbātur multitudine:alii
aūt ab iis qui intelligūt:Recte reqris inq̄ Attice:ſed audies ex me fortaſſe:qd nō oēs probent.
An tu inqt id laboraſſe huic modo Bruto ꝓbaturus es:Plane inq̄ Attice diſputationē hanc de
oratore ꝓbando:aut improbādo multo malim tibi & Bruto placere:eloquentiā autē meā po
pulo ꝓbari uelim.Etenim neceſſe eſt qui ita dicat:ut a multitudine ꝓbetur:eundē doctis ꝓba/
ri.nam quid in dicēdo rectū ſit:aut prauū ego iudicabo:ſi modo is ſum qui id poſſim : aut ſciā
iudicare:qualis uero ſit orator:ex eo qd is dicēdo efficiet poterit intelligi. Tria ſūt enim ut qdē
ego ſentio quæ ſint efficiēda dicēdo:ut doceatur is apud quē dicet: ut delectet:ut moueat uehe
mētius:qbus uirtutibus oratoris hoꝝ quicq̄ efficiatur:aut quibus uitiis orator:aut nō aſſequat
hæc:aut etiā in his labatur:& cadat:artifex aliqd iudicabit.Efficiat autē ab oratore nec ne:ut hi
qui audiūt ita afficiātur:ut orator uelit uulgi aſſenſu:& populari approbatione iudicari ſolet.
Itaq; nunq̄ de bono oratore:aut nō bono doctis hominibus cū populo diſſenſio fuit. An cēſes
dum illi uiguerūt(quos ante dixi)nō eoſdē gradus oratoꝝ uulgi iudicio & doctoꝝ fuiſſe : De
populo ſiquē ita rogauiſſes:qs eſt in hac ciuitate eloquētiſſimus:in Antonio & Craſſo:aut du/
bitaret:aut hūc alius:illū alius diceret:nemo ne Philippū tam ſuauē oratorē:tam grauē : tā face
tum his anteferret:quē noſmetipſi:qui hæc arte aliqua uolumus expendere: ꝓximū illis fuiſſe
diximus.Nemo ꝓfecto(id enim ipſū eſt ſūmi oratoris)ſūmū oratorē populo uideri.Quare ti/
bicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſane frigēti ad populū : mihi cane & muſis.Ego huic Bru/
to dicēti ut ſolet apud multitudinē:mihi cane & populo mi Brute dixerim:ut qui audient : qd
efficiatur : ego etiā cur ita efficiat itelligā.Credit his q̄ dicunt q audit oratorē:uera putat:aſſen/
ſentit:ꝓbat:fidē facit oratio. Tu artifex quid quæris amplius:delectatur audiēs multitudo : &
ducitur oratione:& quaſi uoluptate quadā perfunditur:quid habes qd diſputes:gaudet : do/
let:ridet:plorat:fauet:odit:cōtemnit:inuidet:ad miſericordiam inducitur ; ad pudendum : ad
pigendum:iraſcitur:miratur:ſperat:timet : hæc perinde accidūt:ut qui eorum adſunt mentes:
uerbis:& ſententiis:& actione tractantur . Quid eſt quod expectetur docti alicuius ſententia :

qđ enim probat multitudo:hoc idē doctis ꝓbādum eſt.deniqꝫ hoc ſpecimen eſt popularis iu-
dicii:in quo nunq̃ fuit populo cum doctiſ intelligētibuſqꝫ diſſenſio. Qum multi eēnt oratores
in uario genere dicēdi:quis unq̃ ex his excellere iudicatus eſt uulgi iudicio: qui nō idē a doctis
ꝓbaretur? Quādo autē dubiū fuiſſet apud patres noſtros eligendi:cui patroni daret optio:qn
aut Antoniū optaret:aut Craſſū. Aderāt multi alii:tamē utrū de his potius:dubitaſſet aliquis:
quin alterū nemo. Quid adoleſcētibus nobis:qum eēt Cotta & Hortēſius: num quis quo qdē
eligēdi poteſtas eſſet quenq̃ his anteponebat? Tum Brutus: Quid tu iquit quæris alios? de te
ipſo:nō neqd optarēt rei:qd ipſe Hortēſius iudicaret uidebamus? qui qum partiret tecū cauſaſ
Sæpe enim interfui porandi locū:ubi plurimū pollet oratio ſemp tibi relinq̃bat. Faciebat ille
quidē inq̃ & mihi beniuolētia credo ductus tribuebat oīa. Sed ego quæ de me populi ſit opīo
neſcio: de reliqs hoc affirmo:quæ uulgi opinione diſſertiſſimi habiti ſint: eoſdē intelligentiū
quoqꝫ iudicio fuiſſe ꝓbatiſſimos. Nec enī poſſet idē Demoſthenes dicere:qđ dixiſſe Antima-
chū clarū poetā ferūt:qui qum cōuocatis auditoribus legeret eis magnū illud:qđ nouiſtis uo-
lumē ſuū:& eum legentē omnes præter Platonē reliquiſſent:legam inquit nihilominus. Plato
enim mihi unus inſtar eſt omniū:me illū:& recte. Poema enim reconditū paucoꝝ approbatio
ne oratio popularis aſſenſum uulgi debet moueri. At ſi eundem hūc Platonē unū auditorē ha
beret Demoſthenes:qum eēt relictus a cæteris uerbū facere nō poſſet. Quid tu Brute poſſes:
niſi te ut Curionē quondā cōcio reliquiſſet? Ego uero inq̃t ille:ut me tibi indicē in eis etiā cau-
ſis in qbus omnis res nobis cum iudicibus eſt:non cum populo; tamē ſi a corona relictus ſim-
nō queam dicere. Ita ſe inq̃ res habet: ut ſi tibiæ īflatæ nō referāt ſonū:abiiciēdas eas ſibi tibicē
putet. Sic oratori populi aures tanq̃ tibiæ ſunt: eæ ſi inflatū nō recipiūt:aut ſi auditor oīno tan
q̃ equus nō facit:agitādi finis faciēdus eſt. Hoc tamē intereſt:qđ uulgus interdū nō ꝓbandum
oratorē ꝓbat:ſed ꝓbat ſine cōparatione qum a mediocri:aut etiā a malo delectat:eo eſt contē
tus:eſſe melius nō ſentit illud qđ eſt:qualecūqꝫ eſt ꝓbat. Tenet enim aures uel mediocris ora-
tor:ſit modo aliqd in eo:nec res ulla plus apud animos hominū:q̃ ordo: & ornatus orationis
ualet. Quare quis ex populo qum. Qu. Scæuolā pro. M. Coponio dicentē audiſſet in ea cauſa
(de qua ante dixi)quicq̃ politius:aut elegantius:aut omnino melius:aut expectaret: aut poſſe
fieri putaret? Qum is hoc ꝓbare uellet. M. Curiū qū ita hæres īſtitutus eēt:ſi pupillus anī mor-
tuus eēt:q̃ in ſuā tutelā ueniſſet:pupillo nō nato hæredē eē nō poſſe. Quid ille non dixit de te-
ſtamētoꝝ iure:de antiqs formulis:quēadmodū ſcribi oportuiſſet:ſi etiā filio nō nato hæres in
ſtitueret. Quā captioſū eē populo qđ ſcriptū eēt negligi: & opinione quæri uolūtates:& inter
pretatione diſertoꝝ:ſcripta ſimpliciū hominū puertere: q̃ ille multa de auctoritate patris ſui:
qui ſemp ius illud eē defenderat:q̃ oīno multa de iure ciuili:quæ quidē oīa cū pite & ſciēter: tū
ita breuiter & preſſe & ſatis ornate: & pelegāter diceret:quis eēt in populo: q aut expectaret:
aut fieri poſſe quicq̃ melius putaret? At uero ut cōtra Craſſus ab adoleſcēte delicato:qui in lit-
tore ambulās ſcalmū repiſſet:ob eāqꝫ rem ædificare nauē cōcupiuiſſet:exorſus ē:ſimiliter Scæ
uolam ex uno ſcalmo captionis:centūuirale iudiciū hæreditatis effeciſſe:hoc in illo initio cōſe
cutis multis eiuſdē generis ſentētiis delectauit:animoſqꝫ omniū qui aderāt in hilaritatē a ſeue-
ritate traduxit:qđ eſt unum ex tribus quæ dixi:ab oratore effici debere:deinde hoc uoluiſſe eū
qui teſtamētum feciſſet hoc ſenſiſſe:quoquo modo filius non eēt:qui in ſuā tutelam ueniſſet:ſi
ue nō natus:ſiue ante mortuus Curius hæres ut eēt:ita ſcribere plæroſqꝫ & id ualere:& ualuiſ-
ſe ſemper:hæc & multa eiuſmodi dicēs fidem faciebat:qđ eſt ex tribus oratoris officiis: alterū
deinde æquum bonū teſtamentoꝝ ſentētias: uolūtateſqꝫ tutatus eſt:quāta eēt in uerbiſ captio
qum in cæteris rebus:tum in teſtamētis:ſi negligerētur uolūtates:quantā ſibi potentiā Scæuo-
la aſſumeret:ſi nemo auderet teſtamentum facere poſtea niſi de illius ſententia: hæc qum gra-
uiter:tum ab exēplis copioſe:tum uarie:tum etiā ridicule:& facile explicās: eam admirationē:
aſſenſionēqꝫ cōmouit:dixiſſe ut contra nemo uideret. Hoc erat oratoris officiū:partitione ter-
tium genere maximū:hic ille de populo iudex qui ſeparatim alterū admiratus eſſet:idem au-
dito altero iudiciū ſuum contemneret. At uero intelligēs: & doctus audiēs Scæuolam ſentiret
eſſet quoddā uberius dicēdi genus:& ornatius:ab utroqꝫ autē cauſa perorata: ſi quæretur uter
præſtaret orator:nunq̃ ꝓfecto ſapientis iudiciū a iudicio uulgi diſcreparet. Qui p̄ſtat igitur in
telligens imperito? magna re a difficili:ſiquidē magnū eſt ſcire quibus rebus efficiatur: amittat
ue dicēdo illud quicqd eſt:qđ aut effici dicendo oportet:aut amitti nō oportet. Præſtat etiā il-
lo doctus auditor idocto:qđ ſæpe qū oratores duo:aut plures populi iudicio ꝓbant:qđ dicē-
di genus optimū ſit intelligit. Nā illud qđ populo nō ꝓbatur:ne intelligēti quidē auditori ꝓ-
bari pōt. Vt enim ex neruorū ſono in fidibus q̃ ſcienter ei pulſi ſūt itelligi ſolet:ſic ex aīoꝝ mo
tu cernit:qd tractandis his ꝑficiat orator. Itaqꝫ intelligēs dicēdi exiſtimator nō aſſidēs:& attēte

audiens:ſed uno aſpectu & prætèriens de oratore ſæpe iudicat. Videt oſcitantẽ iudicem loquẽ
tem cum altero:nõnunq̃ etiam circulantẽ:mittentem ad horas quæſitorem:ut dimittat rogan
tem:intelligit oratorẽ in ea cauſa nõ adeſſe :qui poſſit animis iudicum admouere orationem :
tanq̃ fidibus manũ.Idem ſi præteriẽs aſpexerit:erectos intuẽtes iudices:ut aut doceri de re : id/
q; etiã uultu ꝓbare uideatur:aut ut auem cãtu aliquo:ſic illos uiderit oratione quaſi ſuſpenſos
teneri:aut id qđ maxime opus eſt miſericordia:odio:motu animi aliquo ꝑturbatos eſſe uehe
mẽtius:ea ſi ꝑteriens(ut dixi)aſpexerit:ſi nihil audierit : tamẽ oratorẽ uerſari in illo iudicio : &
opus oratoriũ fieri:aut ꝑfectum iam eẽ:ꝑfecto intelliget.Qum hæc deſeruiſſem uterq; aſſẽſus
eſt: & ego tanq̃ de integro ordiẽs.Quãdo igitᷣ inq̃ a Cotta & Sulpitio hæc omnis fluxit oratio
qum hos maxime iudicio illoꝝ hominum:& illius ætatis dixiſſem ꝓbatos: reuertar ad eoſip/
ſos tum reliquoſ:ut inſtitui deinceps ꝑſequar. Quoniã ergo oratoꝝ bonoꝝ(hos enim quæri
mus)duo genera ſũt:Vnũ attenuate: preſſeq;:Alterũ ſublate:ampleq; dicentiũ:& ſi id melius ẽ
qđ ſplẽdidius:& magnificẽtiuſ:tamẽ in bonis omnia quæ ſũma ſunt:iure laudãtur : ſed cauẽda
eſt ꝓſſo illi oratori inopia:& ieiunitas.Amplo aũt inflatũ & corruptũ orationis genus. Inuenie
bat igitur acute Cotta:dicebat pure:ac ſolute:& ut ad infirmitatẽ laterũ ꝑſcienter contentionẽ
omnẽ remiſerat:ſic ad uiriũ imbecillitatẽ dicẽdi accõmodabat genus.Nihil erat in eius oratio
ne niſi ſincerũ:nihil niſi ſiccũ:atq; ſanũ:illudq; maximũ qđ qũ cõtentione orationiſ flectere ani
mos iudicũ uix poſſet:nec oĩno eo genere dicetur:tractãdo tamẽ impellebat ut idem faceret a
ſe cõmoti: qđ a Sulpitio cõcitati.Fuit enim Sulpitius uel maxime quos quidẽ ego audiuerim
grãdis:& ut ita dicam Tragicus orator.Vox qũ magna:tum ſuauis & ſplẽdida:geſtus & motus
corporis ita uenuſtus:ut tamẽ ad forũ nõ ad ſcænam inſtitutus uideretur.Incitata & uolubilis:
nec ea redundãs:tamẽ nec circũfluens oratio.Craſſum hic uolebat imitari:Cotta malebat An/
toniũ:ſed ab hoc uis aberat Antonii Craſſi ab illo læpos. O magnã ĩquit artẽ Brutus:ſiqd iſtis
qum ſũmi eẽnt oratores duæ res maxime altera alteri defuit : atq; in his oratoribus illud aĩad/
uertendũ poſſe eſſe ſũmos:qui inter ſe ſũt diſſimiles.Nihil enim tam diſſimile : q̃ Cotta Sulpi/
tio:& uterq; æqualibus ſuis plurimũ ꝓſtitit.Quare hoc doctoris ĩtelligẽtis eſt uidere quo ferat
natura ſua quẽq;: & ea duce utentẽ ſic inſtituere:ut Iſocratẽ in acerrimo ingenio Theopõpi: &
leuiſſimo Ephori dixiſſe traditũ ẽ:alteri ſe calcaria adhibere:alteri frenos.Sulpitii orationes q̃
feruntur:eas poſt mortẽ eius ſcripſiſſe.P.Canutius putatur æqualis meus:homo extra noſtrũ
ordinẽ:o meo iudicio diſſertiſſimus.Ipſius Sulpitii nulla oratio eſt:ſæpeq; ex eo audiui : qũ ſe
ſcribere:neq; cõſueuiſſe:neq; poſſe diceret. Cottæ ꝓ ſe lege uarria quæ ĩſcribitur eam.L.ælius
ſcꝓſit Cottæ rogatu . Fuit is omnino uir egregius:& eques Romanus:cũ ꝓmis honeſtus:idẽq;
eruditiſſimus:& græcis litteris & latinis : antiquitatiſq; noſtræ:& in inuẽtis rebus:& ĩ actis ſcri/
ptorũ ueterũ litterate penitus:quã ſcientiã Varro noſter accæptã ab illo: auctãq; per ſeſe:uir ĩ/
genio ꝓſtans:omniq; doctrina:pluribus & illuſtrioribus litteris explicauit:ſed idẽ Aelius ſtoi/
cus uoluit:orator aũt:nec ſtuduit unq̃:nec fuit:ſcribebat tamẽ otationes:q̃s alii dicerẽt: ut.Qu.
Metello.F.ut.Qu.Cæpione:ut.Qu.Põpeio Ruffo:q̃q̃ is etiã ipſe ſcripſit eas:qbus ꝓ ſe ẽ uſus
ſed nõ ſine Aelio.His enim ſcriptis etiã ipſe interfui:qum eſſem apud Aeliũ adoleſcẽs:eũq; au/
dire ꝑſtudioſe ſolerẽ.Cottam autẽ miror ſũmum ipſũ oratorẽ:minimeq; ineptũ ælianas leuis
oratiũculas uoluiſſe exiſtimari ſuas.His duobus eiuſdẽ ætatis annumerabatᷣ nemo tertius : ſed
mihi placebat Põponius maxime:uel dicam minime diſplicebat: locus erat omnino in maxi/
mis cauſis ꝓter eos(de quibus ſupra dixi)nemini ꝓpterea qđ Antonius qui maxime expeteba
tur facilis in cauſis recipiẽdis erat:faſtidioſior Craſſus:ſed tamẽ recipiebat:hoꝝ qui neutrũ ha/
bebat cõfugiebat ad Philippũ fere:aut ad Cæſarẽ.Cotta Sulpitius expetebantur : ita ab iis ſex
patronis cauſæ illuſtres agebãtur:neq; tam multa q̃ noſtra ætate iudicia fiebãt:neq; hoc quidẽ
nũc fit:ut cauſæ ſingulæ defenderẽtur a pluribus:quo nihil eſt uitioſius.Reſpõdemus iis quos
nõ audiuimus:in quo ꝓmũ ſæpe aliter eſt dictũ:aliter ad nos relatũ:deinde magni intereſt corã
uidere me quẽadmodũ aduerſarius de quaq; re aſſeueret:maxime aũt quẽadmodũ quæq; res
audiatᷣ:ſed nihil uitioſius:q̃ qum unũ corpus debeat eẽ defẽſioniſ:naſci de ĩtegro cauſã:qum ſit
ab altero ꝑorata.Oĩum.n.cauſarũ:unũ eſt naturale ꝓncipiũ:una ꝑoratio:reliquæ partes:quaſi
mẽbra ſuo quæq; loco notata:ſuã uim & dignitatẽ tenẽt . Qum aũt difficile ſit in lõga oratiõe
nõ aliquãdo aliqd ita dicere:ut ſibi ipſe nõ cõueniat:quãto difficilius cauere neqd dicas qđ nõ
cõueniat eius orationi:qui ante te dixerit:ſed qa & labor multo maior eſt totã cauſã q̃ partẽ di
cere.Et qa plures ĩeuntᷣ gratiæ ſi uno tꝑe dicas ꝓ pluribꝰ: iccirco hãc cõſuetudinẽ lubẽter aſciui
mus.Erãt tñ qbus uideretᷣ illius ætatis tertiꝰ Curio:qa ſplendidioribus fortaſſe uerbis utebatᷣ:&
qa latĩe nõ peſſime loqbatᷣ : uſo credo aliquo domeſtico.nã lĩaꝝ admodũ nihil ſciebat:ſed ma
gni ĩtereſt:quoſ qſq; audiat quotidie domi:qbꝰ cũ loqtur a puero:quẽadmodũ p̃res pẽdagogi

matres etiam loquantur.Legimus epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum:apparet filios non
tam in gremio educatos:q̃ in ſermone matris. Auditus eſt nobis Læliæ.C.filiæ ſæpe ſermo.Er
go illã patris elegãtia tinctã uidimus:& filias eius mutias ambas:quaꝝ ſermo mihi fuit notus:
& neptes licinias:quas nos quidẽ ambas:hãc uero Scipionis etiã tu Brute credo aliq̃ndo audi⸗
ſti loquentẽ.Ego uero ac lubẽter inqt Brutus: & eo lubẽtius ꝙ.L.Craſſi erat filia.Quid Craſſũ
inq̃ illũ cẽſes iſtius Liciniæ filiũ Craſſi teſtamẽto q fuit adoptatus?ſũmo iſte quidẽ dicit̃ igenio
fuiſſe inqt.Et uero hic Scipio collega meuſ:mihi ſane bene & loq uidet̃:& dicere.Recte inq̃ in
dicas Brute.Etenim iſtius generis eſt ex ipſius ſapiẽtiæ ſtirpe generatũ.Nam & de duobus auis
iam diximus:Scipione & Craſſo:& de tribus ꝓauis.Qu.Metello:cuius quatuor filii.P.Scipio
ne:q ex dominatu Ti.Gracchi p̄uatus in libertatẽ.r.p.uindicauit.Qu.Scæuola augure:qui pe
ritiſſimus iuris:ideq̃ ꝑcomis eſt habitus.Iam duoꝝ abauoꝝ q̃ eſt illuſtre nomẽ. P.Scipionis q
bis cõſul fuit:qui eſt Corculũ dictus:alterius omniũ ſapiẽtiſſimi.C.Lælii.O generoſam inquit
ſtirpẽ:& tanq̃ in unã arborẽ plura genera:ſic in iſtã domũ multoꝝ inſitã:atq̃ illuminatã ſapiẽ⸗
tiã.Similiter igit̃ ſuſpicor ut cõferam parua magnis:Curionis:& ſi pupillus relictus eſt: patrio
fuiſſe iſtituto puro ſermone aſſuefactã domũ:& eo magis hoc iudico:ꝙ neminẽ ex iis quidẽ q
aliquo in numero fuerũt:cognoui in omni gñe honeſtaꝝ artiũ tam indoctũ:tam rudẽ: nullũ il
le poetã nouerat:nullũ legerat oratorẽ:nullã memoriã antiqtatis collegerat:nõ publicum ius:
nõ p̄uatum & ciuile cognouerat:q̃q̃ id quidẽ fuit etiã ĩ aliis:& magnis quidẽ oratoribus:quos
paꝝ his iſtructos artib⁹ uidimus:ut Sulpitiũ:ut Antoniũ.Sed ei tñ unũ illud hẽbãt dicẽdi opus
elaboratũ:idq̃ qum cõſtaret ex qnq̃ notiſſimis partibus:nemo in aliqua parte eaꝝ oĩno nihil
poterit.In quacũq̃ enim una plane claudicaret orator eſſe non poſſet:ſed tamẽ alius in alia ex
cedebat:magis repiebat qd dici opus eſſet:& quomodo p̄parare:& quo loco locari:memoria
q̃ ea cõprehẽdebat.Antonius aũt excellebat actione:erãt ei quædã:& his paria cũ Craſſo:quæ
dam etiã ſupiora.At Craſſi magis enitebat oratio:nec uero Sulpitio:neq̃ Cottæ dicere poſſu⸗
mus:neq̃ cuiq̃ bono oratori rẽ ullam ex illis qnq̃ partibus plane atq̃ omnino defuiſſe.Itaq̃ ĩ
Curione hoc uериſſime iudicari poteſt:nulla re una magis oratorẽ cõmẽdari:q̃ uerboꝝ ſplen⸗
dore:& copia.Nam qum tardus in cogitãdo:tum in iſtruẽdo diſſipatus fuit.Reliqua duo ſũt:
agere:& meminiſſe:in utroq̃ Cachinno irridentiũ cõmouebar.Motus erat is:quẽ &.C.Iulius
ĩppetuum notauit:qum ex eo in utrãq̃ partẽ toto corpore uacillãte quæſiuit:quis loqueretur
e lintre?&.Cn.Sicinius homo ĩpurus:ſed admodũ ridiculus:neq̃ aliud in eo oratoris ſimile
dedimus operā:& actori ſūmo cauſarū & magiſtro.Hæc &ſi uidētur eſſe a ꝓpoſito ratione di
uerſa:tamē iccirco a me ꝓferuntur:ut noſtrū curſū ꝑſpicere quoniā uoluiſti Brute poſſis.nam
Attico hæc nota ſunt:& uidere quēadmodū ſimus in ſpatio.Qu.Hortenſiū ipſius ueſtigiis ꝑſe
cuti.Trienniū fere fuit urbs ſine armis:ſed oratoꝝ:aut interitu:aut diſceſſu:aut fuga(nam abe/
rant etiā adoleſcētes.M.Craſſus:& Lētuli duo )primas in cauſis agebat Hortēſius:magis magiſ
qꝫ quotidie ꝓbabatur.Antiſtius Piſo ſæpe dicebat:minus ſæpe Pōponius:raro Carbo : ſemel
aut iterū Philippus.At uero ego hoc tēpore omni noctes & dies:in omniū doctrinarū medita
tione uerſabar.Eram cū ſtoico Diodoro:qui qum habitauiſſet apud me:qūqꝫ uixiſſet nuꝑ eſt
domi meæ mortuus:a quo qum in aliis rebus:tum ſtudioſiſſime in dialectica exercebar:q̄ qua
ſi cōtracta:& aſtricta eloquētia putāda eſt:ſine qua etiā tu Brute iudicauiſti te illā iuſtā eloquē/
tiam(quā dialecticā dilatā eē putāt)cōſequi nō poſſe.Huic ego doctori:& eius artibus uariis:at
qꝫ multis ita erā tamē deditus:ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies uacuus eēt.Cōmen/
tabar declamitās:ſic enim nūc loquūtur ſæpe cū.M.Piſone:& cū.Qu.Pōpeio:aut cum aliquo
quotidie:idqꝫ faciebā multū etiā latine:ſed græce ſæpius:uel ꝙ græca oratio plura ornamenta
ſuppeditāſ:cōſuetudinē ſimiliter latine dicendi afferebat:uel ꝙ a græcis ſūmis doctoribus: niſi
græce dicerē:neqꝫ corrigi poſſim:neqꝫ doceri. Tumultus interim recupanda rep.& crudelis in
teritus oratoꝝ triū:Scæuolæ:Carbonis Antiſtii:reditus Cottæ:Curionis:Craſſi: Lētuloꝝ Pō/
pei:leges & iudicia cōſtituta:recupata reſp.ex numero autē oratoꝝ Pōponius Cēſorinus: Mu
rena ſublati.Tum p̃mum nos ad cauſas & p̃uatas & publicas adire cœpimus:nō ut in foro di/
ſceremus:qđ plæriqꝫ fecerūt:ſed ut quantū nos efficere potuiſſemus docti in forū ueniremus.
Eodē tēpore Moloni dedimus operā:dictatore enim Sylla legatus ad ſenatū de Rhodioꝝ p̃/
miis uenerat. Itaqꝫ p̃ma cauſa publica ꝓ Sexto Roſcio dicta tantū cōmēdationis habuit:ut nō
ulla eēt quæ nō noſtro digna patrocinio uideret:deinceps inde multæ:quaſ nō diligēter elabo
ratas etiā q̄ elucubratas afferebamus:nūc quoniā totū me nō næuo aliquo:aut crepundiis :ſed
corpore omni uideris uelle cognoſcere:cōplectar nōnulla etiā quæ fortaſſe uideant minus ne
ceſſaria.Erat eo tēpore in nobis ſūma gracilitas:& infirmitas corporis:ꝓcerū:& tenue collū:q
habitus:& quæ figura nō ꝓcul abeſſe putatur a uitæ ꝑiculo:ſi accedit labor:& lateꝝ magna cō
tentio.Eoqꝫ magis hoc eos qbus eram charus cōmouebar : ꝙ oia ſine remiſſione:ſine uarieta/
te:ui ſūma uocis:& totius corporis cōtentione dicebā.Itaqꝫ qum me & amici & medici horta/
rentur:ut cauſas agere deſiſterē:qđ uis potius ꝑiculū mihi adeundū:q̄ a ſperata dicēdi gloria di
ſcedendū putaui.Sed qum cēſerem remiſſione & moderatione uocis:& cōmutato genere di/
cēdi me & periculū uitare poſſe:& tēperatius dicere:ut cōſuetudinē dicēdi mutarem : ea cauſa
mihi in Aſiā ꝓficiſcēdi fuit.Itaqꝫ qum eēm biēniū uerſatus in cauſis : etiā in foro celebratū meū
nomē eēt:Roma ſum ꝓfectus.Qum ueniſſem Athenas ſex mēſes cū Anthioco ueteris acade/
miæ nobiliſſimo:& prudētiſſimo philoſopho fui:ſtudiūqꝫ philoſophiæ nunq̄ itermiſſum a p̃
ma adoleſcētia cultū:& ſemꝑ auctū:hoc rurſus ſūmo auctore:& doctore renouaui.Eodē tamē
tēpore Athenis apud Demetriū Syrū ueterē:& nō ignobilē dicēdi magiſtrū : ſtudioſe exerceri
ſolebā:poſt a me Aſia tota ꝑagrata eſt:cū ſūmis quidē oratoribus:qbus cum exercebar ipſis lu
bētibus:quoꝝ erat p̃nceps Menippius ſtratonicēſis:meo iudicio tota Aſia illis tꝑibus diſertiſſi
mus:& ſi nihil habere moleſtiaꝝ:& ineptiaꝝ atticoꝝ eſt:hic orator in illis numerari recte pōt.
Aſſiduiſſime autē mecū fuit Dionyſius Magnes:erat etiā Aeſculus Cnidius:Adramitenus Xe/
nocles:hi tum in Aſia rhetoꝝ p̃ncipes numerabant : quibus nō cōtentus Rhodum ueni:meqꝫ
ad eundē:quē Romæ audiuerā Molonē applicaui:qum actorē in ueris cauſis:ſcriptorēqꝫ præ
ſtantē:tum in notādis:aīaduertēdiſqꝫ uitiis:& inſtituēdo:docēdoqꝫ prudentiſſimū.Is dedit ope
ram ſi modo id cōſequi potuit:ut nimis redūdantes nos:& ſupraſluētes iuuenili quadā dicēdi
impunitate:& licētia reꝑmeret:& quaſi extra ripas diffluentē coerceret.Ita recæpi me biennio
poſt:nō modo exercitatior:ſed ꝓpe mutatus. Nam & cōtentio nimia uocis reciderat:& quaſi
referuerat oratio:lateribuſqꝫ uires:& corporis mediocris habitus acceſſerat : duo tum excelle/
bant oratores:qui me imitādi cupiditate incitarēt:Cotta:& Hortēſius:quoꝝ alter remiſſus : &

lenis:ꝓpriis uerbis cōprehendens ſolute & facile ſententiā:alter ornatus: acer:& non talis quā lem tu eum Brute iam deflorēſcentē cognouiſti:ſed uerboꝝ:& actionis genere cōmotior. Itaq; cum Hortenſio mihi magis arbitrabar rem eſſe:qa & dicēdi ardore eram ꝓpior:& ætate cō iunctior. Etenim uiderā in iiſdem cauſiſ:ut pro.M.Canuleio:pro Cn.Dolobella cōſulari:qum Cotta ꝓnceps adhibitus eſſet:priores tamē agere partes. Hortenſium acrem enim oratorē incenſum:& agentē:& canorū concurſus hominū:foriq; ſtrepitus deſiderat. Vnū igitur annum qum rediiſſemus ex Aſia cauſas nobilis egimus:qum quæſturā nos: conſulatū Cotta:ædilitatē peteret Hortēſius:interim me quæſtorē Sicilienſis excæpit annus. Cotta ex cōſulatu eſt profectus in galliam:ꝓnceps & erat:& habebatur Hortēſius. Qum autē anno poſt e Sicilia me recæpiſſem:iam uidebatur illud in me quicquid eſſet eſſe pfectum:& habere maturitatē quandam ſuam. Nimis multa uideor de me ipſe præſertim:ſed omni huic ſermoni ꝓpoſitū eſt:nō ut ingenium & eloquentiā meam pſpicias:unde longe abſum:ſed ut laborē & induſtriā. Qum igitur eſſem in plurimis cauſis:& in ꝓncipibus patronis quinquēnium fere uerſatus: tum in patrocinio ſiciliēſi maxime in certamē ueni deſignatus ædilis:qum deſignato conſule Hortenſio. Sed quoniā omnis hic ſermo noſter non ſolū enumerationē oratoriā:uerūetiam præcæpta quædā deſiderat:quid tanq̄ notandū & animaduertendū ſit in Hortenſio breuiter licet dicere. Nam iſ poſt conſulatū credo q̄ uiderit ex conſularibus neminē eſſe ſecū comparandū:negligeret autē eos qui cōſules nō fuiſſent:ſūmum illud ſtudiū remiſit: quo a puero fuerat incenſus:atq; in oīum rerū abūdantiā uoluit beatius: ut ipſe putabat remiſſius certe uiuere. primus:& ſecūdus annus:& tertius tantū quaſi de picturæ ueteris colore detraxerat:quantū nō quiuis unus ex pplo ſed æſtimator doctus:& intelligēs poſſet:magnū ſcelus. Longius autem ꝓcedens: ut in cæteris eloquentiæ partibus:tum maxime in celeritate:& cōcinnatione uerboꝝ adhæreſcens ſui diſſimilior uidebať fieri quotidie. Nos autē nō deſiſtebamus:qum omni genere exercitatiōis: tum maxime ſtilo:noſtrū illud augere quantūcūq; erat. Atq;(ut multa omittā)in hoc ſpatio:& in iis poſt ædilitatē annis & prætor ꝓmus:& incredibili populari uolūtate ſim factus. Nam qum ꝓpter aſſiduitatē in cauſis:& induſtriā:tum ꝓpter exqſitius:& minime uulgare orationis genus animos hoīum ad me dicēdi nouitate cōuerteram. Nihil de me dicā:dicā de cæteris:quoꝝ nemo erat qui uideret exqſitius q̄ uulgus hominū ſtuduiſſe litteriſ:quibus fons pfectæ eloquētiæ continetur:nemo qui philoſophiā cōplexus eſſet:matrē omniū benefactoꝝ:beneq; dictorum nemo qui ius ciuile didiciſſet rem ad ꝓuatas cauſas:& ad oratoris prudentiā maxime neceſſariam: nemo qui memoriā rerū romanarū teneret:ex qua ſiquādo opus eſſet ab inferis locupletiſſimos teſtes excitaret: nemo qui breuiter arguteq; īcluſo aduerſario laxare iudicū aīos: atq; a ſeueritate paulıſper ad hilaritatē riſūq; traduceret:nemo q dilatare poſſet:atq; a ꝓpria ac definita diſputatione hoīs:ac tēporis cōmunē quæſtionē uniuerſi generiſ orationē traduceret:nemo qui delectādi gratia digredi parūper a cauſa:nemo q iracūdiā magnope iudicē: nemo qui ad fletū poſſet adducere:nemo q animū eius:qď unum eſt oratoris maxime ꝓprium:quocūq; reſ poſtularet impelleret. Itaq; qum iam pene euanuiſſet Hortēſius:& ego anno meo:ſexto autem poſt illū cōſulem cōſul factus eſſem:reuocare ſe ad induſtriā cœpit:ne qum pares honore eſſemus:aliqua re ſupiores uideremur. Sic duodecim pōſt meū cōſulatū annos ī maximis cauſis:qum ego mihi illū:ſibi me ille anteferret cōiunctiſſime uerſati ſumus: couſulatuſq; meus q illum primo leuiter perſtrinxerat:idē nos rerū mearū geſtarū:quas ille admirabatur laude cōiūxerat. Maxime uero perſpecta eſt utriuſq; noſtrum exercitatio:pauloante q̄ perterritum armis hoc ſtudiū Brute noſtrum conticuit ſubito:& omutuit qum lege Pompeia ternis horis ad dicendū datis ad cauſas ſimillīmas inter ſe:uel potius eaſdem noui ueniebamus quotidie:quibus quidem cauſiſ tu etiam Brute præſto fuiſti:cōpluriſq; & nobiſcum:& ſoluſ egiſti:ut q non ſatis diu uixerit Hortenſius: tamē hūnc curſum confecerit: annis ante decem cauſas agere cœpit:q̄ tu es natus:idem quartoſexageſimo anno perpaucis ante mortē diebus una tecū ſocerū tuūm defendit Appiū. Dicendi autem genus qď fuerit in utroq; orationes utriūſq; etiam poſteris noſtris indicabunt. Sed ſi quærimus cur adulēſcēs magis floruerit dicendo:q ſenior Hortēſius:cauſas reperimus ueriſſimas duas: primū qď genus erat orationis aſiaticū: adoleſcentiæ magis cōceſſū:q̄ ſenectuti. Gñā aūt aſiaticæ dictionis duo ſūt. Vnū ſnīoſum: & argutū ſnīis nō tam grauibus:&ſi ueris:nunq̄ cōcinnis:& uenuſtis:qualis in hiſtoria Timæus:in dicēdo autem pueris nobis Hierocleſ Alabādeus:magis etiam Menedes frater eius fuit:quoꝝ utriuſq; orationes ſūt imꝓmis ut aſiatico in gñe laudabiles. Aliud aūt genus ē nō tā ſnīis frequentatū q̄ uerbis uolucre:atq; incitatū:quale eſt nūc Aſia tota:nec flumine ſolū orationis:ſed etiam exornato & faceto gñe uerboꝝ:ī quo fuit Aeſchilus Cnidius: & meus æq̄lis Mileſius Aeſchines. In iis erat admirabiľ orōis curſus: ornata ſnīaꝝ cōcinnitas nō erat. Hæc autē(ut dixi)gñā dicēdi aptiora

ſunt aduleſcẽtibus:in ſenibus grauitatẽ nõ habẽt. Itaq; Hortẽſius utroq; genere florens:clamores faciebat aduleſcẽs. Habebat enim & Menediũ illud ſtudiũ crebrarũ uenuſtarũq; ſniaꝝ:in ꝗbus ut ĩ illo græco:ſic in hoc erát quædá magis uenuſtæ:dulceſq; ſniæ:ꝗ aut neceſſariæ:aut interdũ utiles.Et erat oratio qum ĩcitata & uibrans:tum etiá accurata:& polita.Nõ ꝓbãtur hæc ſenibus:ſæpe uidebá qum irridentẽ:tum etiá iraſcentẽ:& ſtomachantẽ Philippũ:ſed mirabant̃ aduleſcẽtes: multitudo mouebat̃.Erat excellẽs iudicio uulgi:& facile ꝑmas tenebat aduleſcens Etſi enim genus illud dicẽdi auctoritatis habebat paꝝ: tamẽ aptũ eſſe ætati uidebat̃:& certe q; & ingenii quædá forma lucebat:& exercitatione ꝑfecta erat uerboꝝ:eratq; aſtricta cõprehẽſa ſũmam hominũ admirationem excitabat.Sed qum iam honores:& illa ſenior auctoritas grauius quiddá reqreret:remanebat idẽ:nec decebat idẽ:q; q; exercitationẽ ſtudiũq; dimiſerat:qđ in eo fuerat acerrimũ:cõcinnitas illa:crebritaſq; ſniaꝝ ꝑſtina manebat:ſed ea ueſtitu illo orationis:quo cõſueuerat ornata nõ erat.Hoc tibi ille Brute minus fortaſſe placuit:ꝗ placuiſſet:ſi illum flagrantẽ ſtudio:& florentẽ facultate audire potuiſſes.Tum Brutus: Ego uero iſta inquit quæ dicis uideo qualia ſint:& Hortenſiũ magnũ oratorẽ ſemp putaui: maximeq; ꝓbaui pro Meſſalla dicentẽ:qum tu affuiſti:ſic ferũt inꝗ.Idẽq; declarat totidẽ:quot dixit (ut aiunt ſcripta) uerbis oratio.Ergo ille a Craſſo cõſule:& Scæuola uſq; ad Paulũ & Marcellũ cõſules floruit: nos ĩ eodẽ curſu fuimus a Sylla dictatore:ad eoſdẽ fere cõſules.Sic.Qu.Hortẽſii uox extincta fato ſuo eſt:noſtra publico. Melius quæſo ominare inqt Brutus:ſit ſane ut uis inꝗ: & id nõ tá mea cauſa ꝗ tua:ſed fortunatus illius exitus:qui ea nõ uidit qum fierẽt quæ ꝓuidit futura. Sæpe enim inter nos impendẽtes caſus defleuimus:qum belli ciuilis cauſas in ꝑuatoꝝ cupiditatibus incluſas:pacis ſpem a publico cõſilio eẽ excluſam uideremus:ſed illũ uidet̃ fœlicitas ipſius qua ſemp eſt uſus: ab eis miſeriis quæ cõſecutæ ſunt morte uindicaſſe.Nos autẽ Brute quoniá poſt Hortẽſii clariſſimi oratoris mortẽ orbæ eloquẽtiæ:quaſi tutores relicti ſumns domi teneamus eam ſeptá liberali cuſtodia:& hos ignotos:atq; imprudẽtes ꝓcos repudiemus:tueamurq; ut adultá uirginẽ caſte: & ab armatoꝝ impetu:qnantũ poſſumus ꝓhibeamus.Equidem &ſi doleo:me in uitá pauloſerius tanꝗ in uiam ingreſſũ ꝑuſꝗ cõfectum iter ſit in hác.r.p. noctẽ incidiſſe:tamẽ ea cõſolatione ſuſtẽtor:quá tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſſimis litteris:qbus me forti aío eẽ oportere cẽſebas:q; ea geſſiſſem:quæ de me etiá me tacẽte ipa loquerẽtur:mortuo uiuerẽtq;.Quæ ſi recte eẽt ſaluti reip.ſin ſecus:interitu ipſo teſtimoniũ meoꝝ de.r.p. cõſilioꝝ darẽt:ſed in te intuẽs Brute doleo:cuius in aduleſcentiá ꝑ medias laudes:quaſi quadrigis uehementẽ tráſuerſa incurrit miſera fortuna reipu. hic me dolor tágit: hæc me cura ſollicitat: & hũc mecũ ſociũ eiuſdẽ:& amoris & iudicii.Tibi fauemus:te tua frui uirtute cupimus: tibi optamus eam remp.in qua duoꝝ generũ ampliſſimoꝝ renouare memoriam atq; augere poſſis. Tuũ enim foꝝ:tuũ erat illud curriculũ:tu illuc ueneras unus:qui nõ linguá modo acuiſſes exercitatione dicẽdi:ſed & ipſam eloquentiá locupletauiſſes:grauioꝝ artiũ inſtrumẽto:& iiſdem artibus decus oẽ uirtutis cũ ſũma eloquẽtiæ laude iunxiſſes.Ex te duplex nos afficit ſollicitudo qđ & ipſe rep.careas:& illa te.Tu tamẽ &ſi curſũ igenii tui Brute ꝑmit hæc importuna clades ciuitatis:cõtine te in tuis ꝑennibus ſtudiis:& effice id qđ iam ꝓpemodũ:uel plane potius effeceras:ut te eripias ex ea quá ego cõgeſſi in hũc ſermonẽ turba patronoꝝ.Nec enim decet te ornatũ uberrimis artibus:quas qum domo haurire nõ poſſes accerſiuiſti ex urbe ea quæ domus eſt ſemp habita doctrinæ numerari in uulgo patronoꝝ.Nam qui te exercuit Pámenes uir lõge eloquẽtiſſimus græciæ.Quid illa uetus academia:atq; eius hæres Hariſtus hoſpes & familiaris meus.Siquidẽ ſimiles maioris partis oratoꝝ futuri ſumus?nõne cernimus uix ſingl̃is ætatibus binos oratores laudabilis cõſtitiſſe?Galba fuit iter coæquales unus excellens: cui quẽadmodum accæpimus:& Cato cedebat ſenior:& qui tẽporibus ætate inferiores fuerũt:Læpidus poſtea:deinde Carbo.Nam Cracchi in cõc:onibus multo faciliore:& liberiore genere dicẽdi: quoꝝ tamẽ ipſoꝝ ad ætatẽ laus eloquẽtiæ perfecta nõdum fuit:Antonius Craſſus:poſt Cotta Sulpitius Hortẽſius:nihil dico amplius:tantũ dico:ſi mihi accidiſſet ut numerare in multis: ſi operoſa eſt concurſatio magis opportunoꝝ.

FINIS.

# Q. CICERO DE PETITIONE CONSVLATVS AD. M. T. CICERONEM FRATREM SVVM.

T SI TIBI omnia ſuppetunt: quæ conſequi ingenio:aut uſu:aut dili-
gentia poſſunt: tamen ab amore noſtro non ſum alienum arbitratus
ad te perſcribere ea quæ mihi ueniebant in mentem dies ac noctes de
petitione tua cogitanti:non ut aliquid ex iis noui adiicerem: ſed ut ea
quæ in re diſperſa atq; infinita uidentur eſſe:ratione: & diſtributione
ſub uno aſpectu ponerentur:q̄q̄ plurimum natura ualet: tamen uide-
tur in paucorum menſium negocio poſſe ſimulatio naturam uincere
Ciuitas quæ ſit cogita:quid petas: qui ſis:prope:quotidie ad forum ti
bi deſcedenti meditandū hoc ſit:nouuſ ſum:conſulatum peto:Roma
eſt:nominis nouitatem dicendi gloria maxime ſubleuabis:ſemper ea res plurimum dignitatis
habuit:non poteſt qui dignus habetur patronus conſularium:indignus cōſulatu putari. Quā-
obrem quoniam ab hac laude proficiſceris:& quicquid es:ex hoc es:ita paratus ad dicendum
uenito:quaſi in ſingulis cauſis iudicium de omni negocio futurū ſit. Eius facultatis adiumenta
quæ ſcio tibi eſſe ſepoſita:ut parata ac prompta ſint cura:& ſæpe q̄ de Demoſthenis ſtudio &
exercitatione ſcripſit Demetrius recordare:deinde & amicoꝝ multitudo:& genera appareāt.
Habes enim ea quæ noui habuerunt:omnes publicanos:totum fere equeſtrem ordinē:multa
præterea municipia:multos abs te defenſos homines cuiuſq; ordinis:aliquot collegia: præte-
rea ſtudio dicendi cōciliatos plurimos adoleſcentulos:quotidianam amicoꝝ aſſiduitatē & fre
quētiam. Hæc cura:& ut teneas cōmendando:& rogando & omni ratione efficiendo:ut intel-
ligant qui debent tua cauſa referendæ gratiæ:& qui uolūt obligandi tui tēpus ſibi aliud nullū
fore. Etiā hoc multum uidentur adiuuare poſſe nouum hominē hominū nobilium uoluntas:
& maxime conſularium ꝓdeſt:quoꝝ in locum:ac numerum ſi ꝑuenire uelis ab iis ipſis illo lo-
co:ac numero dignum putari. Ii rogandi omnes ſunt diligēter: & ad eos allegandum perſua-
dendūq; eſt iis. Nos ſemper cū optimatibus de rep. ſenſiſſe minime populares fuiſſe: ſiquid lo
cuti populariter uidemur:id nos eo cōſilio feciſſe:ut nobis. Cn. Pompeium adiungeremus: ut
eum qui plurimum poſſet:aut amicū in noſtra petitione haberemus:aut certe non aduerſariū
Præterea adoleſcentes nobiles elabora:ut habeaſ:uel teneas ſtudioſos quos habes:multum di-
gnitatis afferent:plurimos habes:perfice ut ſciant quantum in his putes eſſe ſi adduxeris: ut ii
qui non uolunt cupiant:plurimum quidem proderunt. At multum & nouitatem tuā adiuuāt
qđ eiuſmodi nobiles tecum petunt: ut nemo ſit qui audeat dicere plus illis nobilitatem q̄ tibi
uirtutem prodeſſe oportere. Iam. P. Galbam:&. L. Craſſum ſūmo loco natos quis eſt qui pete
re cōſulatum putet? Vides igitur ex ampliſſimis familiis hominum:qui ſine neruis ſint: tibi pa
res non eſſe. At Antonius & Catilina moleſti ſunt:immo homini nouo:induſtrio:innocēti: di
ſerto:gratioſo apud eos qui res indicant optandi competitores:ambo ſiccarii:ambo libidino
ſi:ambo egētes:eoꝝ alterius bona proſcripta uidimus:uocē deniq; audiuimus:iurantis ſe Ro-
mæ iudicio æquo:cum homine græco certa re nō poſſe:& ex ſenatu eiectū ſcimuſ. Optima ue
eo cenſorum exiſtimatione in prætura competitorem habuimus amico Sabidio:& Panthera
quod ad tabulam quoſ poneret non habebat:quo tamen in magiſtratu amicam quam palam
domi haberet de machinis emit. In petitione autem conſulatus cauponas omnes hic compil-
lare per turpiſſimam legationem maluit q̄ adeſſe &. p. r. ſupplicare. Alter uero dii boni? quo
ſplēdore eſt:primum nobilitate eadem qua Catilina num maiore? non: ſed uirtute. Quāobrē
quā Manius umbram ſuam metuit: hunc negliges quidem natum in patris egeſtate: educatū
in ſororis ſtupris:corroboratum in cæde ciuium:cuius primus ad. r. p. aditus ī equitibus roma
nis occidendis fuit. Nam illis (quos meminimus) Gallis qui tantum tinntiniorum ac uanniorū
ac tanuſiorum capita demebant. Sylla unum Catilinam præfecerat: in quibus ille hominem
unum optimumq; Catullum ſororis ſuæ uirum equitem Romanum:nullarūq; partium:tum
ſemper natura:tum etiam ætate iam quia tum ſuis manibus occidit. Quid ego nunc dicam pe
tere cum eo te conſulatum:qui hominem chariſſimum po. Ro. M. Marium inſpectāte po. ro.
uirgis per totam urbem ceciderit:ad buſtū egerit:ibi oī cruciatu lacerarit:uiuo ſtatim collū gla
dio ſua dextera ſecuerit:qū ſiniſtra capillū eius a uertice teneret:caput ſua manu tulerit:qū īter
digitos eius riui ſāguīs fluerēt:q poſtea cū hiſtriōibus:& cū gladiatoribus ita uixit:ut alteros li
bidis:alteros facinoris adiutoreſ hr̄et:q nullū ī locū tā ſāctū:ac tā religioſū acceſſit:ī quo nō & ſi
ī aliis culpa nō eēt:tn̄ ex ſua neqtia dedecoris ſuſpitionē relinq̄ret:q ex curia curioſe:& Annios

ab atriis Sapalas & Caruilios : ex equeſtri ordine Pompilios & Cneios ſibi amiciſſimos com-
parauit:qui tantum habet audaciæ:tantum nequitiæ:tantum deniq; in libidine artis:& effica-
citatis:ut ꝓpe i parentũ gremiis ꝓtextatos liberos cõſtrupauerit. Quid ego nũc tibi de Aphri-
ca? Quid de teſtiũ dictis ſcribam? nota ſunt:& tu ea ſæpius legito:ſed tamẽ hoc mihi non præ-
termittendum uidetur:qui primum ex eo iudicio tam egens diſceſſit : q̃ iudices eius ante illud
iudicium fuerunt:deinde tam iuidioſus:ut aliud meum iudicium quotidie flagitetur : hic ſic ſe
habet ut magis timeat:etiam ſi quieuerit:q̃ ut contemnat:ſiquid cõmouerit:quanto melior ti-
bi fortuna petitionis data eſt:q̃ nuper homini nouo. C. Cælio:ille cum duobus hominibus ita
nobiliſſimis petebat:ut tamen in iis omnia pluris eſſent q̃ ipſa nobilitas:ſũma ingenia : ſũmus
pudor:plurima beneficia:ſũma ratio ac diligentia petẽdi:tamen eorum alterum qum deeſſet:
alterum etiam qum multo eſſet inferior genere:ſuperior nulla re pene ſuperauit. Quare ſi fa-
cies ea quæ tibi natura & ſtudia quibus es uſus ſemper largiuntur:quæ temporibuſ tui ratio de
ſiderat:quæ potes:quæ debes:non erit difficile certamen iis cõpetitoribus:qui nequaq̃ ſũt tam
genere inſignes:q̃ uitiis nobiles. Quis enim reperiri poteſt tam improbus ciuis : qui uelit uño
ſuffragio duas in remp. ſiccas diſtinguere? Quoniam igitur quæ ſubſidia nouitatis haberes: &
habere poſſes expoſui. Nunc de magnitudine petitionis dicendum uidetur. Conſulatum petiſ
quo honore nemo eſt qui te nõ dignum arbitretur:ſed multi qui inuideant. Petis enim homo
ex equeſtri loco locum ſũmum ciuitatis:atq; ita ſũmum:ut forti homini:diſerto: innocẽti mul
to idem ille honos plus amplitudinis q̃ cæteris afferat. Noli putare eos qui ſunt eo honore uſi
non uidere tu qum idem ſis adeptus quid dignitatis habiturus ſis:eos uero qui cõſularibus fa-
miliis nati locum maiorũ conſecuti non ſunt:ſuſpicor tibi niſi qui admodum te amant inuide
re:etiã nouos homines prætorios exiſtimo:niſi qui tuo beneficio uincti ſunt nolle abs te ſe ho
nore ſuperari. Iam in populo q̃ multi inuidi ſunt:q̃ multi conſuetudine horum annorũ ab ho-
minibus nouis alienati:uenire tibi in mentẽ certe ſcio : eſſe etiam nõnullos tibi iratos ex iis cau
ſis quas egiſti neceſſe eſt. Iam illud tu te circũſpicito : ꝙ ad Cn. Pompei gloriam augendam tã-
to ſtudio te dediſti:num quos tibi putes ob eam cauſam eſſe amicos? Quãobrem qum & ſum
mum locum ciuitatis petas:& uideas eſſe ſtudia quæ tibi aduerſentur:adhibeas neceſſe eſt om
nem rationem & curam & laborem & diligentiam in petitione magiſtratuũ:quarum altera in
amicorum ſtudiis:altera in populari uoluntate ponenda eſt. Amicorum ſtudia beneficiis & of
ficiis:& uetuſtate:& facilitate : ac iocũditate naturæ parta eſſe oportet : ſed hoc nomen ami-
corum in petitione latius patet q̃ in cætera uita . Quiſquis eſt enim qui oſtendat aliquid in te
uoluntatis:qui colat:qui domum uentitet:is in amicorum numero eſt habendus. Sed tamen q
ſunt amici ex cauſa quæſtoriæ cognationis:aut affinitatis:aut ſodalitatis:aut alicuius neceſſitu
dinis:his carum:ac iucũdum eſſe maxime prodeſt:deinde ut quiſquis optimus:ac domeſticus
maxime ut is amet:quiq; fideliſſimum eſſe te cupiat:ualde elaborãdum puto:ut tribules:ut ui-
cini:ut clientes:ut deniq; liberti:poſtremo & ſeruitus. Nam fere omnis ſermo ad forenſem fa-
mam a domeſticis emanat auctoribus:deinde ſunt inſtituendi cuiuſcunq; generis amici ad ſpe
ciem hominis illuſtris honore ac nomine:qui etiam ſi ſuffragandi ſtudia non nouerint:tamen
afferunt petitori aliquid dignitatis ad iuſticiam obtinendam. Magiſtratus ex quibus maxime
conſules:deinde tribu. plæ. ad conficiendum centurias:homines excellenti gratia qui abs te tri
bunatum:aut centuriam:aut aliquod beneficium:aut haberent:aut ut habeant ſperent:eoſ ꝓr
ſus magnopere compara & confirma:nam per hos annos homines ambitioſi uehemẽter om
ni ſtudio:atq; opere laborarunt:ut poſſent a tribulibus ſuis ea quæ peterent impetrare. hos tu
homines quibuſcunq; rationibus poteris ut ex animo:atq; ex illa ſumma uoluntate tui ſtudio
ſi ſint laborato. Quod ſi ſatis grati homines eſſent:ea omnia parata eſſe debebant : ſicut para-
ta eſſe concerno:nam hoc biennio quatuor ſodalitates ciuium ad ambitionem gratioſiſſimo-
rum tibi obligaſti:Fundani. Qu. Galli. C. Cornelii. L. Coruini:& horum in cauſis ad te deferẽ-
dis:quid eorum ſodales recæperint:& confirmarint ſcito. Nam interfui:quare hoc tibi facien-
dum eſt:ut idem ab his qđ debent exigas:ſæpe cõmonendo:rogando:confirmando : curãdo
ut intelligant nullum ſe aliud tempus unq̃ habituros reſtituendæ gratiæ:profecto homines &
ſpe reliquorum tuorum officiorum etiam recentibus beneficiis ad ſtudium ſeruandum excita
buntur. Et omnino quoniam eo genere amicitiæ petitio tua maxime nunciata eſt : quo cauſa-
rum defenſionibus adeptus es:fac ut plane in rebus quos deuinctos tenes deſcriptum ac diſpo
ſitum ſuum cuiq; munus ſit. Et quemadmodum memini qui nulla in re illis unquam moleſtus
fuiſti:ſic cura ut intelligant omnia te quæ ab illis tibi deberi putaris ad hoc tempus reſeruaſſe.
Sed quoniam tribus rebus homines maxime ad beniuolentiam aliquam hoc ſuffragandi ſtu-
dia ducuntur beneficio : ſpe : adiunctione animi uel uoluntate:animaduertendum eſt quem-

admodum cuiq; horum generi ſit inſeruiendum. Minimis beneficiis homines adducuntur: ut
ſatis cauſæ putent ſe ad ſtudium ſuffragationis dediſſe: nedum hi quibus ſaluti fuiſti: quos tu
habes plurimos: & intelligant ſi hoc tuo tẽpore tibi non ſatiſſecerint: ſe probatoſ nemini unq̄
fore: qđ qum ita ſit: tamen rogandi ſunt: atq; etiam in hanc opinionem adducendi: ut qui no´
bis obligati fuerint: his uiciſſim nos obligari adhuc uideamur poſſe. Qui autẽ ſpe tenẽtur: qđ
genus hominũ multo eſt diligentius atq; officioſiuſ: his fac ut ꝓpoſitum ac paratũ auxilium tu
ũm eſſe uideatur: deniq; ut ſpectatorẽ te ſuorũ officiorum eſſe intelligant diligentem: ut uide´
re te plane: atq; animaduertere quantũ ab unoquoq; ꝓficiſcatur appareat. Tertiũ illud genus
eſt ſtudiorum uoluntariũ: qđ agendis gratiis: accõmodandis ſermonibus ad eas rationes pro´
pter quas quiſq; ſtudioſus eſſe uidebitur: ſignificando erga illos pari uoluntate adducẽdá ami´
citiam in ſpem familiaritatis & cõſuetudinis cõfirmari oportebit. Atq; in his omnibus generi´
bus iudicato & perpendito quantũ quiſq; poſſit ut ſcias: & queadmodum inſeruias: & quid a
quoq; expectes ac poſtules. Sunt enim quidam homines in ſuis ciuitatibus & municipiis grati
oſi. Sunt diligentes & copioſi: qui etiam ſi antea ſtuduerint huic gratiæ: tamen ex tẽpore elabo
rare eius cauſa cui debent aut uolunt: facile poſſunt His hominũ generibus ſic inſeruiendũ eſt:
ut ipſi intelligant te uidere quid a quoq; expectes: ſentire quid accipias: meminiſſe quid accæ´
peris. Sunt autẽ qui aut nihil poſſunt: aut etiam odio ſunt tribulibus ſuis: nec habent tantũ ani
mi: aut facultatis: aut enitantur ex tempore. Hos internoſcas & uideto ne ſpe in aliquo maiore
poſita præſidii parum cõparetur. Et q̄q̄ partis & fũdatis amicitiis fr æ tum: ac munitũ eſſe opor
tet: tamen in ipſa petitione amicitiæ permultæ: ac perutiles cõparantur. Nam in exteris mole´
ſtiis habet hæc tamẽ petitio cõmodi poſſis honeſte: qđ in cætera uita non queas quoſcũq; ue´
lis adiungere ad amicitiam: quibus cum ſi alio tẽpore agas ut te utantur abſurde facere uidea´
re. In petitione autẽ niſi id agas: & cum multis & diligenter nullius petitor eſſe uideare. Ego ti
bi hoc confirmo eſſe neminem: niſi aliqua neceſſitudine cõpetitorum alicui tuorum ſit adiun´
ctus: a quo non facile ſi cõtenderis impetrare poſſis: ut ſuo beneficio promereatur ſe ut ames:
& ſibi ut debeas: modo ut ĩtelligat te magni exiſtimare: & animo agere bene ſe ꝓponere fore ex
eo non breuem & ſuffragatoriam: ſed firmam & perpetuam amicitiã. Nemo erit mihi crede ĩ
quo modo aliquid uirtutis ſit: qui hoc tẽpus ſibi oblatum amicitiæ tecum cõſtituendæ præter
mittat: præſertim qum tibi hoc caſus afferat: uti tecũ petant: quorũ amicitia aut contemnenda
aut fugienda ſit: & qui hoc qđ ego te hortor: non modo non aſſequi: ſed ne incipere quidem
poſſit. Nam quid incipiat Antonius homines adiungere: atq; imitare ad amicitiã: quos per ſe
ſuo nomine appellare non poſſit? Mihi quidẽ ſtultius nil uidetur q̄ exiſtimare eum ſtudioſum
tui quem non noris. Eximiam quandam gloriam ac dignitatem: ac rerum geſtarũ magnitudi´
nem eſſe oportet: in eo quẽ homines ignoti nullis ſuffragantibus meritis honore afficiant. Nã´
q; ut homo iners ſine officio: ſine ingenio cũ infamia nullis amicis ſeptus: hominẽ plurimoꝝ
ſtudio: atq; omnium bona exiſtimatione munitũ præcurrat: ſine magna culpa negligentiæ fie
ri non poteſt. Quãobrem omnes centurias multis & uariis amicitiis cura ut confirmatas habe
as: & primum id qđ ante oculos eſt ſenatores: equiteſq; ro. exterorũ hominum uarios homĩes
& gratioſos cõplectere. Multi homines urbani: induſtrii: multi libertini: in foro gratioſi: uarii
q; uerſantur: quos per te: quos per cõmunes amicos poteris ſumere: cura ut tui cupidi ſint: ela
borato: appetito: allegato: ſũmo beneficio te afficere oſtendito: deinde habe oratores urbis to
tius: collegium omniũ pagorum uicinitatum. Ex iis ꝓncipes ad amicitiam tuam ſi adiunxeris:
per eos reliquã multitudinem facile tenebis: poſtea totam italiam fac ut in animo & in memo
ria tibi diſtributam: comprehẽſáq; habeas: nequod municipium: coloniam: præfecturam: lo´
cum deniq; italiæ: nequẽ eſſe patiare: in quo non habeas firmamenti: qđ ſatis eſſe poſſit. Perq
ras etiã: & inueſtiges homines ex omni regione: eoſq; cognoſcas: appetas: cõfirmes: cures ut in
ſuis uidelicet ciuitatibus tibi aliquos petant: & tua cauſa quaſi candidati ſint. uolent te amicum
ſi ſuam a te amicitiam expeti uidebũt: id ut intelligant oratione quæ ad rationẽ pertinet conſe
quere homines municipales: & ruſticã: nomine tm̃ noti in amicitia ſe eſſe arbitrentur. Si uero
etiam præſidii ſe aliquid ſibi cõſtituere putant non amittunt occaſionẽ promerendi: hos cæte
ri: & maxime tui cõpetitores ne norunt quidẽ: tu & noſti: & facile cognoſces: ſine quis amicitia
eſſe non poteſt. neq; id tamẽ ſatis eſt: tametſi magnũ eſt: ſed ut conſequatur ſpes utilitatis: atq;
amicitiæ: ne nomẽculator: ſed amicus & bonus eſſe uideare. Ita qum & hos ipſos ꝓpter ſuã am
bitionem qui apud tribules ſuos plurimum gratia poſſint: ſtudioſos in cẽturiis habeas: & cæ´
teros qui apud aliquã partẽ tribulũ ꝓpter municipii: aut ciuitatis: aut collegii rõnẽ ualent cupi
dos tui cõſtitueris ĩ optima ſpe eẽ debebis. Iã eqtũ cẽturiæ młto facilius mihi diligẽtia poſſe te´
neri uident. Primũ cognoſcẽdi ſũt eqtes: deinde adipiſcẽdi: multo .n. facilius illa adoleſcẽtuloꝝ

ad amicitiam ætas adiungitur:deinde habebis tecum ex iuuentute optimũ queꝗ̨ & ſtudioſiſſi
mum humanitatis:tamẽ equeſter ordo ſequetur illius auctoritatẽ ordiniſ:ſi abs te adhibebitur
ea diligentia ut non ordinis illius auctoritatẽ ſolum uolũtate:ſed etiam ſinguloꝝ amicitiis eas
centurias confirmatas habeas. Iam ſtudia aduleſcentuloꝝ in ſuffragando:in obeundo:in nun-
ciando:in aſſentando:mirifice & magna & honeſta ſunt:& quoniã aſſentationis mentio facta
eſt id quoqꝫ curandũ eſt:ut quotidiana cuiuſqꝫ generis & ordinis:& ætatis utare. Nam ex ea ip
ſa copia cõiectura fieri poterit quanto ſis in ipſo campo uirium ac facultatis habiturus. Huius
autẽ rei tres partes ſunt:una ſalutatoꝝ qum domũ ueniunt:Altera deductoꝝ:Tertia aſſentato
rium. In ſalutatoribuſ qui magis uulgares ſunt:& ad hanc conſuetudinẽ (quæ nũc eſt) plures ue
niunt:hoc efficiendũ eſt ut hoc ipſum minimũ officium eoꝝ tibi gratiſſimum eſſe uideat. Qui
domũ tuam uenient:his ſignificato te animaduertere:& eoꝝ amicis qui illis renuncient oſten-
dito:ſæpe ipſis dicito:ſic homines ſæpe qum obeunt plures cõpetitores:& uideant unum eſſe
aliquem qui hæc officia maxime animaduertat:ei ſe dedunt:deſerũt cæteros:minutatim ex cõ
munibuſ proprii:ex phucoſis firmi ſuffragatores euadũt. Iam illud teneto diligẽter ſi eum qui
tibi ꝓmiſerit phucum (ut dicitur) facere uelle ſẽſeris:ut te id audiſſe:aut ſcire diſſimules. Siquis
tibi ſe purgare uolet ꝙ ſuſpectũ eſſe arbitretur:affirmes te de illius uoluntate nunq̃ dubitaſſe:
nec debere dubitare. Is enim qui ſe non putat ſatiſfacere amicus eſſe nullo modo poteſt. Scire
autem oportet quo quiſqꝫ animo ſit:ut & quantũ cuiqꝫ confidas conſtituere poſſis. Iam dedu-
ctoꝝ officiũ qđ maius eſt q̃ ſalulatoꝝ hoc gratius tibi eſſe, ſignificato atqꝫ oſtendito: & quoad
eius fieri poterit cæteris tẽporibus deſcẽdito. Magnam offert opinionem:magnã dignitatem
quotidiana in deducendo frequẽtia. Tertia eſt ex hoc genere aſſidua aſſentatorum copia in ea
quos uoluntarios habes:cura ut intelligãt te ſibi in perpetuũ ſũmo beneficio obligari. Qui au
tem tibi debent ab iis plane hoc munus exige:qui per ætatem ac negociũ poterunt ipſi tecum
ut aſſidue ſint:qui ſi ſectari non poterũt neceſſarios ſuos in hoc munere cõſtituant. Valde ego
te uolo:& ad rem pertinere arbitror ſemper cum multitudine eſſe:præterea magnã affert lau-
dem:& ſũmam dignitatem ſi ii tecũ erunt qui a te defenſi:& qui per te ſeruati:ac iudiciis libera
ti ſunt. Hæc tu plane ab iis poſtulato:ut quoniã nulla impenſa per te alii rem honeſtã:alii ſalu-
tem ac fortunas omnes obtinuerũt:nec aliud ullum tẽpus futurum ſit:ubi tibi referre gratiam
poſſint:hoc te officio remunerẽt. Et quoniã in amicoꝝ ſtudiis hæc omnis oratio uerſatur: qui
locus in hoc genere cauẽdus ſit:prætermittendũ non uidetur fraudis:atqꝫ inſidiaꝝ:& perfidiæ
plena ſunt omnia. Non eſt huius tẽporis perpetua illa de hoc genere diſputatio:quibus rebus
beniuolus & diſſimulator diiudicari poſſit. Tãtũ eſt huius temporis admonere. Sũma tua uir-
tus eoſdẽ homines:& ſimulare tibi eſſe amicos:& inuidere coegit. Quãobrem illud tene-
to neruoſ:atqꝫ artus eſſe ſapiẽtiæ non temere credere. Et qum tuoꝝ amicorum ſtudia cõſtitue-
ris:tum etiã obtrectatorum atqꝫ aduerſarioꝝ rationes & genera cognoſcito. Hæc tria ſũt:unũ
ex iis quos læſiſti:alterũ qui ſine cauſa non amant:tertium qui cõpetitorum ualde amici ſunt:
quos læſiſti:qum cõtra eos pro amico diceres iis te purgato plane:neceſſitudies cõmemorato
in ſpem adducito te ni eoꝝ rebus ſi ſe in amicitiã cõtulerint:pari ſtudio atqꝫ officio futuꝝ ſpõ-
deto:qui ſine cauſa non amãt eos aut beneficio:aut ſpe:aut ſignificãdo tua erga illos ſtudia fu-
tura delinies dans operã:ut de illa animi prauitate deducas:quoꝝ uolũtas erit abs te ꝓpter cõ
petitoꝝ amicitias alienior:hos quoqꝫ inſerui oratione qui ſuperiores: & ſi ꝓbare poteris te in
eoſipſos cõpetitores tuos beniuolo eſſe animo oſtẽdito:quoniã de amicitiis cõſtituendis ſatis
dictũ eſt:dicendũ eſt de illa altera parte petitionis:quæ in populari ratione uerſatur. Ea deſide
rat nomẽ:elationẽ:blanditiã:aſſiduitatem:benignitatẽ:rumoꝝ ſpem in.r.p. Primũ id qđ facis
ut homines noris:ſignifica ut appareat:& arrige ut quotidie melius fiat. Nihil mihi tam popu
lare:neqꝫ tam gratũ uidetur:deinde id qđ natura non habes indue in animũ ita ſimulandum
eſſe:ut natura facere uideare:nõ comitas tibi:neceſſe eſt ea quæ bono:ac ſuaui hoie digna ſunt
ſed opus eſt magnope blãditia:quæ etiã ſi uitioſa eſt & turpis in cætera uita:tamẽ in petitione
neceſſaria. Tibi enim qum deteriorẽ aliquẽ aſſentãdo facit:improba eſt:qum amicitiorem nõ
tam uitupanda:petitori uero neceſſaria eſt:cuius & frons:& uultus:& ſermo ad eoꝝ quoſcũqꝫ
cõuenerit ſenſus:& uoluntatẽ comitãdus eſt. Iam aſſiduitatis nullũ eſt ꝑcæptum:uerbũ ipſum
docet quæ res ſit:ꝓdeſt quidẽ uehemẽter nuſq̃ dicere:ſed tamẽ hic fructuſ eſt aſſiduitatis nõ ſo
lum eſſe Romæ atqꝫ in foro:ſed aſſidue petere ſæpe eoſdẽ appellare:nõ cõmittere ut q̃ſq̃ poſ
ſit dicere:qd eius ſit:cõſeq poſſis ſi abs te nõ ſit rogatũ & ualde ac diligẽter rogatũ. benignitas
aũt late patet:& ẽ ĩ re familiari: ꝗ ꝗ̃ ad mꝉtitudinẽ ꝑuenire nõ põt:tñ ab amicis laudat:mꝉtitu
dini grata ẽ. Eſt ĩ cõuiuiis q̃ facere abs te & amicis tuis cõcelebrent:& paſſim:& tributim:ẽ etiã
in oꝑa quã ꝓuulga & cõica. Cura ut aditus ad te diurni:atqꝫ nocturni pateãt:neqꝫ ſolũ foribus

ædium tuarũ:ſed etiã & uultu & fronte:quæ eſt animi ianua:quæ ſi ſignificant uoluntatẽ abdi/
tam eſſe:ac retuſam parui refert patere oſtiũ.Homines enim non modo promitti ſibi: præſer/
tim quæ a candidato petant:ſed etiã large:ac honorifice promitti uolũt:quare hoc quidem fa
cile præcæptũ eſt:ut qđ acturus ſis id ſignifices te ſtudioſe ac libenter eſſe facturũ.Illud difficili
us & magis ad tẽpus q̃ ad naturam accõmodatum tuam : qđ facere non poſſis ut iucunde ne/
ges:quoꝝ alterum eſt boni uiri:alterũ boni petitoris.Nam qum id petitur qđ honeſte : aut ſi/
ne detrimento noſtro promittere non poſſumus:quomodo ſiquis roget ut cõtra amicum ali/
quam cauſam recipiamus belle negandũ eſt:ut oſtendas neceſſitudinẽ : demonſtres q̃ moleſte
feras aliis te id rebus exacturũ eſſe perſuadeas . Audiui hoc dicere quendã de quibuſdam ora/
toribus ad quos cauſam ſuam detuliſſet : gratiorẽ ſibi orationẽ fuiſſe qui negaſſet : q̃ illius qui
recæpiſſet:ſic homines fronte & oratione magis q̃ ipſo beneficio:reqꝫ capiũtur. Verum hoc ꝓ
babile eſt:illud alterũ ſubdurum tibi homini planito:ſed tamẽ ipſi tuo cõſulam quibus in te ꝓ
pter aliqđ officium neceſſitudinis affuturũ negaris:tamẽ ii poſſunt abs te placati: æquiqꝫ diſce
re:quibus autẽ iccirco negatus ꝙ te impeditũ eẽ dixeris:aut amicoꝝ negociis:aut grauioribus
cauſis:aut ante ſuſcæptis inimici diſcedũt oẽs ꝙ hoc animo ſũt:ut tibi te mẽtiri malint:q̃ nega/
re.C.Cotta in ambitione artifex dicere ſolebat ſe operã ſuam qđ non cõtra officiũ rogaretur
polliceri ſolere omnibus impartire iis apud quos optime poni arbitraretur . Ideoqꝫ ſe negari
nemini quo ſæpe acciderunt cauſa:cur is cuius pollicitus eſſet uacuus foret pluſ q̃ putaſſet : ne
qꝫ poſſe domũ eius compleri qui tantũ modo reciperet : quantum uideret ſe obire poſſe caſu
fieri ut agantur . Deinde eſſe extremum ut naſcatur is cui mendaciũ dixeris:id ſi promittas &
incertum eſt:& in diem & in paucioribus:ſin autem id neges:ſtatim alienant ſe & inimicantur.
Plures enim multo ſunt qui rogant uti liceat opera alterius q̃ qui utãtur. Quare ſatis eſt ex iis
aliquos aliquando in foro tibi naſci:q̃ omnis cõtinuo domi præſertim qum multo magis ira
ſcantur iis qui negant:q̃ iis qui inuideant ea cauſa impeditũ facere quod promittit ut cupiat ſi
ullo modo poſſit.At ne uidear aberraſſe a diſtributione mea qui hæc in hac populi parte pe/
titionis diſputem hoc ſequor.Hæc oĩa nõ tam ad amicoꝝ ſtudia:q̃ ad popularẽ famam ꝑtine/
re: &ſi ineſt aliqđ dictũ ex illo gñe benigne reſpõdere:ſtudioſe iſeruire negociis amicoꝝ ac pi
culis:tamẽ hoc loco ea dico quibus multitudine capere poſſis : ut de nocte domus cõpleatur:
ut multi ſpe tui p̃ſidii teneantur:ut amicitiores abs te diſcedãt q̃ acceſſerint:ut q̃̃plurimũ aures
optimo ſermone cõpleant.Sequitur enim ut de rumore dicendũ ſit:cui maxime ſeruiendũ eſt
Sed quæ dicta ſũt omni ſupiori ratione eadẽ ad celebrandũ rumorẽ ualent:dicẽdi laus : ſtudia
publicanoꝝ:& equeſtris ordiniſ hominũ:ꝙ nobiliũ uolũtas:adoleſcẽtuloꝝ frequẽtia:eoꝝ qui
abs te defenſi ſũt aſſiduitas:ex municipiis multitudo eoꝝ quos tua cauſa ueniſſe appareat: be/
ne hoĩes noſſe:cõmuniter appellare:aſſidue ac diligẽter petere:benignũ ac liberalẽ eẽ : bene lo
qui:exiſtimare domus:ut multa nocte cõpleatur:omniũ generũ frequẽtia adſit:ſatiſfiat oratio
ne oĩbus re:opaqꝫ:multis ꝑficiat in id qđ fieri põt laborare & arte ac diligẽtia:nõ ut ad popu/
lum ab iis oĩbus fama ꝑueniat:ſed ut in iis ſtudiis populus ipſe uerſetur.Iam urbanã illã multi
tudinẽ & eoꝝ ſtudia qui cõciones tenent:quæ adeptus eſt in Põpeio ornãdo Manilii cauſa re/
cipiẽdi Cornelio defendẽdo excitãda nobis ſunt:qđ adhuc habuit nemo:ut ſimul quidẽ ſplen
dorem hominũ:uoluntateſqꝫ haberet.Efficiendũ etiam eſt ut ſciant omnes.S.Pompei ſũmam
erga te eſſe uoluntatẽ:& uehementer ad illius rationes te id aſſequi qđ petis pertinere.Poſtre/
mo tota petitio cura ut pompe plena ſit:ut illuſtris:ut ſplendida:ut popularis:ut habeat ſũmã
ſpeciem:ac dignitatẽ:ut etiam ſiquid poſſit ne cõpetitoribus tuis exiſtat:aut ſceleris:aut libidi/
nis:aut largitionis accõmodata ad eoꝝ mores infamia:atqꝫ etiã in hanc petitionẽ maxime ui/
dendũ eſt ut ſpes.r.p.bona de te ſit:& honeſta opinio.Nec tamẽ in petendo.r.p.capeſcẽda eſt:
neqꝫ in ſenatu:neqꝫ in cõcione:ſed hæc ſunt tibi retinẽda:ut ſenatus te exiſtimet ex eo ꝙ ita ui/
xeris defenſorem auctoritatis ſuæ fore.Et equites romani boni & locupletes:& uita acta te ſtu
dioſum ocii : atqꝫ rerum tranquillarũ multitudo ex eo dũtaxat ꝙ oratione in concionibus ac
iudicio populari fuiſti:te a ſuis cõmodis alienũ non futurũ.Hæc mihi ueniebat in mentem de
duabus cõmonitionibus matutinis:quo tibi quotidie ad foꝝ deſcendenti meditandũ eſſe dixe
ramus:nouus ſum:Conſulatũ peto.Tertiũ reſtat: Roma eſt ciuitas ex nationũ conuẽtu conſti
tuta:in qua multæ inſidiæ:multa fallacia:multa in omni genere uitia uerſantur: multoꝝ arro/
gãtia:multoꝝ cõtumacia:multoꝝ maliuolẽtia:multoꝝ ſuperbia:multoꝝ odiũ:ac moleſtia ꝑ/
ferẽda eſt. Video eẽ magni cõſilii atqꝫ artis ĩ tot hoĩum cuiuſmodi uitiis tãtiſqꝫ uerſantẽ uitare
offenſionẽ:uitare fabulã:uitare iſidias:eẽ unũ hoiem accõmodatũ ad tãtã moꝝ ac ſermonũ &
uoluntatũ ueritatem. Quare etiam atqꝫ etiã perge tenere iſtã uiam:quã inſtituiſti.Excelle dicẽ/
do hoc:& tenentur Romæ homines:& alliciuntur:& ab impediẽdo:ac lædendo repelluntur.

Et quoniam in hoc uel maxime uitioſa eſt ciuitas ꝙ largitione interpoſita uirtutis & dignitatis obliuiſci ſolet: in hoc fac ut te bene noras: ut intelligas eum eſſe te qui iudicii ac periculi metũ maximum cõpetitoribus afferre poſſis. Fac itaq; ut ſe abs te cuſtodiri: atq; obſeruari ſciãt: tum diligentiã tuam: tum auctoritatẽ uimq; dicendi: tum ꝓfecto equeſtris ordinis erga te ſtudium pertimeſcent. Atq; hæc ita te uolo illis ꝓponere: ut uideare occaſionẽ non meditari: ſed ut hoc terrore facilius hoc ipſum qđ agis cõſequare: & plane ſic cõtende omnibus neruis ac facultatibus ut adipiſcamur qđ petimus. Video eſſe nulla comitia tam inqnata largitione: quibus non gratis aliquæ centuriæ renũcient ſuos maxime neceſſarios. Quare ſi aduigilamus ꝓ rei dignitate: & ſi noſtros ad ſũmum ſtudiũ beniuolos excitamus: & ſi hominibus ſtudioſis gratioſiſq; noſtri ſuum cuiq; munus deſcribimus: & ſi competitoribus iudicia ꝓponimus: ſi equeſtribus metum inicimus: diuiſores ratione aliqua coercemus: ꝓfici poteſt ut largitio nulla fiat: aut nihil ualeat. Hæc ſunt quæ putaui non melius ſcire me q̃ te: ſed facilius his tuis occupationibus colligere unum in locũ poſſe: & ad te perſcripta mittere: quæ tamen & ſi ita ſcripta ſunt: ut nõ ad omnes qui honores petant: ſed ad te ꝓprie: & ad hanc petitionẽ tuam ualeant: tamẽ tu ſiqd mutãdũ eſſe uidebitur: aut omnino tollendũ: aut ſiquid erit præteritum: uelim hoc mihi dicas Volo enim hoc cõmentariolum petitionis haberi omni ratione perfectum.

τελοσ

# MARCI TVLLII CICERONIS DE OPTIMO GENERE ORATORVM.

quibus uobis ſe crediderant. Multa prætereo quæ cõmemorare poſſem: pugnas nauales: ter/
reſteſ exercituſ: bella & ſuperiori tempore & noſtra ætate ab hac ciuitate ſuſcæpta ob libertatẽ
ac ſalutẽ cæterorũ græcorum. Ego igitur qui uidebã in tantis ac tam arduis rebus pro alienis
cõmodis populum Athenienſem certauiſſe: qũ de propriis ipſius quodammodo conſulere/
tur quid decernere mea ſententia debui? An inſenſus eſſe aduerſus eos: qui ad uos cõfugiebãt
& cauſã quærere per quam omnia perderentur? Et quis me iuſte non necaſſet: ſi gloriã huius
urbis uel uerbo ſolũ deturpare conatus eſſem? Nam re quidem ipſa uoſ certe ſcio nõ feciſſetis
Si enim uoluiſſetis: qd obſtabat? An non licebat? An non erãt iſti: qui hoc uobis ſuaderẽt? Vo/
lo igitur redire ad ea quæ in repu. geſſi. Et rurſus in his conſiderate: quid ciuitati conducebat.
Nam qum uiderem uiri Athenieẽſes rem naualẽ ueſtram plurimũ diſſolutã: & locupletes qui/
dem pœnæ immunes eſſe: mediocres aũt & egenoſ ita onerari: ut perire cogerẽtur: & ob hoc
nihil ſuo tempore in hac urbe fieri: legẽ tuli per quã locupletes iuſta facere coegi: pauperes ue
ro ab iniquo onere liberaui. Et qđ reipu. utiliſſimũ erat: res ut ſuo tempore fieri poſſet diſpo/
ſui. Qua de re qum dies mihi diceretur: ꝙ contra leges ſcripſiſſẽ: ad uos confugiens euaſi: nec
quintam partem ſententiarum accuſator reportauit. At q̃ multam pecuniam principes ſimo/
niarũ: aut ſecundos & tertios putatis mihi daturos fuiſſe: ne huiuſmodi lex a me promulgare/
tur: uel ut ſaltẽ eã ꝓmulgatã deſeruiſſẽ? Tantã uiri Athenieẽſes: q̃tã equidẽ referre uobis nõ au/
deo. Nec ĩmerito id facere uidebant. Nã ex ꝑoribus legibuſ ſedeci ſimł munuſ ſubibãt: ſed ipſi
quidem nihil uel parũ ſoluẽtes: egenos ciues ſuo onere premebant. Ex mea autẽ lege factum
ẽ: ut qſq; ſecũdũ uires patrimonii cõtribueret. Et q ꝑus ſextus & decimus cõtributor unius fue/
rat: ex mea lege duaꝝ nauiũ ꝑfecturaſ ſubiuit. Antea.n. nõ ꝑfecti appellabant: ſed cõtributoreſ
Quare ut diſſolueret lex: nec ipi iuſtũ onus ſubire cogerent: nihil ẽ qđ nõ dediſſent. Recita mi
hi ꝑmũ decretũ ipſum: ob cuius cauſam dies eſt mihi dicta. Deinde catalogũ tum ex priori le/
ge: tum poſtea ex mea. DECRETVM. Recita catalogũ illũ præclarũ. CATALOGVS. Re/
cita nũc ex mea lege catalogũ. CATALOGVS. An parum uobis pauperibus opem tuliſſe ui
deor? An pauca diuites fuiſſe daturos putatis: ne hæc lex ferretur? non igitur ob id ſolũ gloria/

ri mihi licet:ꝙ non omiſi:nec ꝙ accuſatus euaſi:uerũetiam ꝙ utilem tuli legem:ut experimen-
to docui. Nam qum durante bello ſemper claſſe reſpublica uteretur : nec deprecationẽ poſuit
præfectus quiſq̃ nec ligatus eſt:nec nauis ulla in portu relicta:qum nauigare non poſſet:nec in
nauigando amiſſa:quæ ſecundũ priores leges ſæpenumero eueniebant:pauperibus ſua mune
ra obire nequeuntibus. Ego ex inopibus ad opulentos hæc onera traduxi:exquo omnia ut de
cens erat:proceſſerunt. Atq; ea de cauſa me laude dignum duco:ꝙ eiuſmodi rerum ſemper au
ctor fui:ex quibus gloria honor & potentia ciuitatis creuit. Malignitas:obtrectatio:aut acerbi-
tas in rebus a me geſtis nunq̃ reperietur:nec abiectũ aliquid:aut republica indignum. Eandẽq;
mentem in republica noſtra:atq; in cõmunibuſ omnium græcoꝝ rebus ſeruaui. Neq; enim in
hac urbe locupletũ hominum gratia plus apud me ualuit:q̃ reipublicæ cõmoda. Neq; ĩ rebus
cõmunibus dona:aut hoſpitium Philippi uniuerſæ græciæ cõmoditatibus ante tuli. Reliquũ
eſſe arbitror:ut de præconio ac rationibus reddendis dicam. Nam bene geſſiſſe in republica :
& beniuolum fuiſſe:promptũq; benefacere:ſatis abunde ſuperius demõſtratum puto:q̃q̃ ma-
ximam partem rerum a me geſtarum præterierim:qum quia deinceps accuſatori reſpondere
uolo:tum quia &ſi nihil de reliquis rebus geſtis meis dicam:tamen quiſq; ueſtrum ſimile pro-
poſitum in illis concipere debet. Quæ igitur iſte ſurſum deorſũq; diſſeruit de legibus: contra
quas ſcriptum eſſe a Ctheſiphonte aſſerit:nec uos reor intellexiſſe:nec ego magna ex parte ea
aſſequi potui. Simpliciter igitur & recta uia de uiribus diſputabo. tantum enim abeſt ut me ob
noxium legibus eſſe negem:qđ nũc iſte dictitabat:ut etiam per omnem uitam me obnoxium
illis fore profitear pro his rebus:quas uel adminiſtraui:uel in republica geſſi. Eorũ tamẽ quæ
ex proprio patrimonio ipſe populo donaui:rationem nullam a me reddi oportere dico : nec
pro illis ullam diem eſſe obnoxium. Audis Aeſchines? nec alium quenq̃ de nouem magiſtrati-
bus:quicũq; is ſit. Quæ enim lex tam iniuſta : ac tam ĩhumana reperiri poteſt:quæ eum qui ex
ſuo patrimonio liberaliter donauit:non ſolum omni gratia priuet:uerũetiam accuſatorum ca
lumniis ſubiiciat:cõputiſq; & calculis donatorem obnoxium faciat? Nulla certe : qđ ſi negas:
oſtende:ego acquieſcam atq; tacebo. Sed nulla eſt huiuſmodi lex uiri athenienſes. Laudauit in
quit illum ſenatus rationibus reddendis obnoxiũ. Nam de illis quidem ob quæ obnoxius erã:
ſed de iis quæ inſuper donaueram calũniator: At murorum urbis curator fuiſti inquit. At ob
hoc ipſum merito laudatus ſum:ꝙ de meo expendi:nec cõputaui. Ratio enim datorum & ac
cæptorum examẽ requirit : donatio uero laude atq; gratia potiri debet:quãobrem hæc iſte de
me ſcripſit. Et hoc ita eſſe:ac non ſolum ex legibus:uerũetiã ex ueſtris moribus ita diſponi ego
facile oſtendam. Nam & Nauſicles prætor ob ea quæ ex proprio conſumpſerat:pluries apud
uos coronatus fuit:& Diotimos qum ſcuta donauit:& poſt eum Caridemus:ea de cauſa coro-
nati fuerunt. Poſt hos iſte Neoptolemus:qum multis rebus gerẽdis præfuiſſet:pro iis quæ do
nauit honore potitus eſt. Etenim abſurdum eẽt atq; impium:ſi homini magiſtratum aliquem
gerenti aut donare per magiſtratum non licebit:aut pro gratia ob liberalitatem habenda : ad
rationem donatorum reddendam compellatur. Et ut hæc quæ dixi uera eſſe intelligatis recita
mihi decreta de his rebus facta. DECRETA. Horum quiſq; Aeſchines magiſtratus quem geſ
ſit rationem reddere tenebatur : eorum uero ob quorum gratiam coronatus fuit non teneba-
tũr. Nec ego igitur eodẽ modo:idẽ enim ius in me qđ in cæteris eſt:donaui. laudor ea de cauſa
nec teneor eoꝝ quæ donaui rationẽ reddere. Magiſtratũ geſſi:huius geſtionis rationẽ reddidi:
non eoꝝ quæ donaui. At male geſſiſti. Quare igitur qum publice examen de me factũ eſt:tu ꝑ
ſens non accuſaſti? Vt igitur intelligatis hoc mihi teſtimoniũ ferre:ex quibus rebus rationẽ red
dere nõ teneor:me nũc coronari:cape decretũ hoc pro me ſcriptũ:& totũ recita:quæ enim ac-
cuſare omiſit:in iis illa quæ perſequit̃ falſo criminatus apparebit:recita. DECRETVM. Ergo
de iis q̃ ipſe donaui:nihil perſequeris:q̃ uero mihi a ſenatu eoꝝ gratia decreta ſũt ea pſequeris
Accipe quidẽ liberalitatẽ legitimũ ſtatius:gratiã uero ꝓ accæptis referre:cõtra legẽ putas. Ho-
mo ꝑditus & ĩpius & malignus obtrectator eiuſmodi eſſet per deos ĩmortales? nõ huiuſmodi
De præconio autem in theatro faciendo:mille milies fuiſſe cõceſſum prætermitto : & pluries
ipſum corona prius fuiſſe donatum. Sed per deos Aeſchines uſq; adeo rudis & inſenſatus es:
ut non intelligaſ coronam eundem honorem afferre ubicũq; publicetur:ſed gratia eorum qui
coronantur in theatro fieri:ut ii ſcilicet qui præconium audiunt ad uirtutem incendantur. Vbi
qui gratias referãt plus laudãtur:q̃ ipſi coronati. Ea de cauſa lex hæc facta eſt:quã cape:& reci-
ta. LEX. Audiſ Aeſchines legẽ dicentẽ:ꝑter quã ſi ppl̃s:aut ſenatus decernat:nã tũ ꝑcon iũ fieri
debere. Quid ergo miſer calũniaris? qd uerba fingis? qd teipſũ helleboro nõ purgaſ:nõ erube
ſcis Aeſchies:ĩuidiæ cã nõ iniuriæ cuiuſq̃ accuſare? & legũ uerba parti cõmutare:parti abſcon-

dere?quas totas recitare oportuit:ut qui iurati iudicaturi ſunt:ſententiam recte ferre poſſent.
Deinde qum hæc feceris:cõmemoras ea:quæ populari uiro adeſſe conuenit:tanq̃ per deſcri-
ptionem effingẽs:quæ qum nõ habeat ea:quæ debet:illa quæ deſunt ex libello reportat:qua-
ſi non rebus:nec uita populares:ſed uerbo cognoſcãtur. Vociferas dicẽda:& reticẽda quaſi ex
rheda ꝓferrens ea quæ tibi ac generi tuo aſſunt nõ mihi. Atqui uiri Athenienſes ego iurgiũ ab
accuſatione hoc differre arbitror:ꝙ accuſatio crimina cõtinet:quoꝝ in legibus pœnæ ſcriptæ
ſunt. Iurgiũ uero maledicta quæ inimici adinuicem iactant. Arbitror etiã maiores noſtroſ hæc
iudicia ædificaſſe:nõ ut in illis conuenientes ob priuatas ſimultates male adinuicẽ diceremus:
ſed ut redargueremus eos:qui publice quid mali feciſſent. Hoc &ſi nõ ignoraret Aeſchines:ta
men me laceſcere maledictis:q̃ accuſare maluit. In quibus ipſe melioris cõditionis eſſe non de
bet:nec minus q̃ maledixerat male audire:ad qđ iam pergã:tantũ antea percontatus. Vtrũ te
quis Aeſchines reip. hoſtem:an meũ putare debet?Meum uidelicet. Cur ergo qum liceret tibi
per leges me accuſare: &ſi deliquerim:pœnis ſubiicere:in reddendis rationibus:in ferẽdis ſen
tentiis:in aliis iudiciis dudũ omiſiſti?nunc autẽ qum ſim legibus tẽpore præiudicio redarguti-
one ueſtra:qui ſæpe me accuſantes:nihil omnino a me improbe factũ probare potuiſtis: libe-
ratus:ciuitati ad quã rerũ publice geſtarũ gloria pertinet:obuiare conaris. Vide ne horum qui
dem hoſtis ſis:meũ uero te fingas. Qum igitur pia ac iuſta ſentẽtia omnibus oſtẽſa ſit: oportet
me iam ut uidetur:licet minime ꝓcacem:pro multis ac falſo in me dictis:quantũ neceſſitas co
git:pauca de ipſo dicere:& quis ipſe:& ex quibus ortus ſit:ex quibus facile initiũ maledicendi
fecit:& uerba ita magnifice iactat oſtẽdere. Si enim Eacus:aut Rhadamãtus:aut Minos eẽt ac-
cuſator noſter:ac nõ fabula & tritura fori:& uiliſſimus ſcriba:aut equidẽ reor grãdiora dixiſſe
nec rigidiora uerba ꝓtuliſſe:uelut in tragœdia exclamãs:O terra:o ſol:o uirtus:& huiuſmodi
cætera. Et rurſuſ:o intelligẽtia atq; doctrina:per quã honeſta atq; turpia dignoſcũtur. Hæc uoſ
ipſum audiſtis dicentẽ:Tibi pollute quicq̃ cum uirtute:aut honeſtoꝝ:aut turpiũ ulla cognitio
Vnde?aut quomodo?Qui tibi fas eſt diſciplinã cõmemorare?qua qui præditi ſũt: nedum ta-
lia de ſeipſis ꝓfiterentur:uerũetiam alio dicẽte erubeſcerent. Qui uero alieni ſũt:ut tu:ſimulãt
quidẽ ob ſtulticiã:& audiẽtibus moleſti ſunt. Sed qum quid de te:ac de tuis dicẽdũ ſit minime
ignorẽ:ignoro tamẽ unde ſit incipiendũ. Vtrum ne ut pater tuus Tromes Elpie ſeruiuit ei:qui
apud Theſei tẽplum litteras docebat:cõpedes ferens & baculum?An ut mater tuã in clauſtro
apud calamitũ quotidianis nuptiis te pulcherrimã ſtatuã & ſũmum pugilẽ tertiarũ partiũ edu
cauit?An ut Phormio tibicẽ Dionis Phreanei ſeruus ab hoc ꝑclaro quæſtu eam abduxit? Per
Iouem & deos alios uereor:nedum te digna dicã:me indigna ꝓferam uerba. Itaq; hanc relin-
quo:& a te ac a uita tua incipiã. Non erat ut quiuis:ſed ut ii quos populus deteſtatur. Sero enĩ
tandẽ ſero autẽ:imo uero heri atq; pridie ciuis ſimul & orator factus: duabus additis ſyllabis
pro Tromite Attromitũ patrẽ:matrẽ uero Glaucotheã nominauit:quã oẽs Enipuſam ſciũt ꝑ
us nũcupatam:ex eo uidelicet ꝙ oĩa faceret ac pateret. Vnde enim alias?Sed tamẽ uſq; adeo ĩ-
gratus ac prauus es:ut ex ſeruo liber:& ex inope locuples:hoꝝ beneficio factus: nedum nullã
gratiã habens:ſed mercede accæpta cõtra eos omnes geras. Et de quibus ambiguitas quædam
eſſe poteſt omitto:quæ autẽ pro hoſtibus manifeſte geſſit:memorabo. Nulli puto ueſtrũ inco
gnitus fuit Antiphon:qui ſe incenſurũ naualia noſtra Philippo pollicitus in urbẽ uenit:quẽ in
pyræo latitãtẽ:qum ego cæpiſſem: & in concionẽ traxiſſem:clamãdo iſte & uociferãdo me in
libera ciuitate:rem facere intolerabilẽ:ꝙ calamitoſos ciues ꝑſequerer:& domos alienas ſine ſe
natus decreto adirem:ut dimitteret effecit. Et niſi cõſilium Ariopagi re audita & populi igno-
ratione cognita hominẽ quæſiuiſſet:& rurſus captum ad uos reduxiſſet: ille pœnas nunq̃ de-
diſſet:ſed per huius operã euaſiſſet:quẽ poſtea tormẽtis confectũ:extremo ſupplicio affeciſtis
ut iſte etiã una ſecũ merebatur. Itaq; poſtea qum uos iſtũ in Delum eadem ignoratione ducti:
qua multa perierũt:ſindicũ elegiſtis:ut Ariopagitis poteſtatẽ eius rei dediſtiſ:cõfeſtim hunc ut
ꝓditorem remouerũt:& Hyperidem in eius loco poſuerũt. Hoc fecit ſenatus Ariopagitaꝝ ab
ipſa ara ferẽs ſententiã:quo in loco nullus inuẽtus eſt:qui hunc ſceleſtũ remouẽdũ non cenſe-
ret. Et ꝙ hæc uera ſint:teſtes cita. TESTES. Qum igitur hũc ad dicendũ electũ ſenatus remo-
uit:alteriq; cõmiſit:tunc ꝓditorem & inimicũ ueſtrũ iudicauit. Hoc unũ ab iſto forti uiro in re
pu. geſtũ:nequaq̃ iis ſimile eſt:de quibus me criminatur. Alterius autẽ uos meminiſtis. Nã qũ
Pitho Bizãcius & legati omniũ ſocioꝝ a Philippo miſſi huc ueniſſent: ut ciuitati uerecũdiam
inſerrent:arguerẽtq; eius iniuriã:ego tunc Pithoni maxime elato:plurimũq; aduerſus uos flu-
enti:non ceſſi:neq; effugi:ſed ſurgens reſtiti:& iura ciuitatis non prodidi: Immo iniurias Phi-
lippi ſic nudaui ac patefeci:ut ipſius ſocii eas fateri cogerentur. Iſte uero Pithonem adiuuit:&
contra patriam teſtimonium tulit:& falſum quidem nec ſatiſ id fuit. Sed poſtea cum Anaxino

ſpeculatori ſe cõiunxiſſe in thraſonis deprehenſus eſt domo. At quiſquis ſpeculatori ab hoſtibus miſſo: ſolus ſolo congredit͛: & colloqa habet: is natura ſpeculator atq; hoſtis patriæ exiſtit. Harum rerũ mihi teſtes uoca. TESTES. Multa inſuper de iſto referre poſſum quæ prætermitto. Etenim ſic res eſt. Multa enim referẽdi habeo facultatẽ: quæ iſte per id tẽpus hoſtibus obſequendo: & me perſequẽdo molitus eſt. Sed nõ reſidẽt iſta in memoria ueſtra diligẽter: nec qđ decebat odium horũ gratia cõcæpiſtis. Sed mala quadã cõſuetudine magnam licentiã præſtitiſtis cuicũq; uelit reip. ac ueſtris cõmodis ſtudentẽ ſupplantare atq; calũniari: uoluptatẽ contentionũ ac maledictoꝝ pro utilitate reip. cõmutantes. Itaq; ſemper facilius ac tutius fuit inimicis obſequentẽ mercedẽ capere q̃ pro utilitate ueſtra certantẽ in repu. uerſari. Et fuiſſe quidẽ Philippo anteq̃ aperte eſſet hoſtis: q̃q̃ ſit graue. Nam quid alid͛ dici poteſt aduerſus patriam: tamẽ date huic ſi uultis: date ueniam huius. Sed palam nauibus ſubtractis: Cherroneſo populata: cũ iam Athica inuaderetur: nec ambiguũ erat bellum: quid unq̃ pro uobis a ſe factũ: peſſimus iſte memorare poteſt? Nullũ enim decretum: nec maius: nec minus pro utilitate reip. auctore Aeſchine eſt factũ: uel ſiquod eſſe dicit: in mea oſtẽdat aqua. Sed non eſt ullũ. Atqui alterutrum neceſſe eſt: aut ꝙ ea quæ per id tẽpus a me gerebãtur: nullo modo reprehẽdere poterat: nihil aliud decreuiſſe: aut ꝙ hoſtiũ utilitati ſtudebat: cõmoda patriæ tacuiſſe: nec in mediũ protuliſſe. At uero queadmodum nihil ſentẽtia ſua decernebat: ſic etiã qum aduerſus rempublicã dicẽdũ erat: nihil loquebatur: imo nulli ad dicendũ relinquebat locũ. Verũ cætera quidẽ quæ erãt obſcuriora ferre poterat reſp unum autẽ patratus eſt tale uiri Athenieſes: qđ omnibus prioribus finem impoſuit. Cum multis uerbis Amphiſeoꝝ dogmata narrauit: quaſi cõtra ueritatẽ facta. Hoc certe eiuſmodi nõ eſt. Vnde? quomodo? nequaq̃. Nunq̃ exterges maculã illic contractam Aeſchines nunq̃ tantũ dices. Voco autẽ omnes deoſ: qui regionẽ incolunt: & Apollinem Pythium: qui huic urbi præſidet: atq; pariter omnes oro: ſi uera ſunt quæ dicã: quæq; tunc apud populum dixi: ſtatim qum ſenſi hũc ſceleſtũ talia moliri (cognoui enim celeriter) cognoui mihi fortunam ꝓſperam & ſalutẽ præſtent. Si uero aut priuatæ diſſenſionis: aut ſimultatis cauſa: crimen aduerſus ipſum falſum induco: cunctoꝝ bonorũ expertem me faciant. Quid ergo iſta ſic extuli: ac uehementer oſtẽdi? Quia & qum litteras habeam publice ſcriptas: ex quibus iſta clare ꝓbare poſſum: & uos iſtorũ ſciam meminiſſe: tamẽ uereor ne iſte impar tãtis facinoribus uideatur: nunq̃ tanta mala efficere potuiſſe: qđ antea euenit: qum miſeros Phocenſes ſua opera euertit: falſa huc renunciãdo. Amphiſei enim belli per qđ in Elatiam uenit Philippus: & ꝑ qđ dux Amphitionũ electus: uniuerſam græciã ſubuertit. Hic fuit auctor: & omniũ maximoꝝ maloꝝ hic unus eſt cauſa. De qua re qum tũc apud populũ uerba facerẽ: atq; eum planiſſime atteſtarer: Bellũ Aeſchines in Athicã inducis: bellũ inq̃ Amphitionicũ. Alii ex cõpoſito aſſidentes non permittebãt me dicere. Alii admirabantur: & ꝓpter ſimultatẽ quæ inter nos erat: uanum a me crimen cõfingi exiſtimabãt. Quales uero fuerint huiuſmodi res: & cuius gratia ordinatæ & queadmodum geſtæ: nunc demũ audite: quoniã tunc impediti fuiſtis. Videbitis facinus bene cõpoſitum: eritq; uobis utile ad noticiã rerũpublicarũ: & quãta calliditas fuerit Philippi cognoſcetis. Bellũ aduerſus nos cõficere nullo modo poterat Philippus: nec finem quẽ cupiebat imponere: niſi Thebanos & Theſſalos inimicos nobis feciſſet. Sed q̃q̃ prætoribus noſtris contra illũ male pugnãtibus: tamẽ & latronibus: & bello ipſo multis ĩcõmodis afficiebatur. Nihil enim ex regionibus eius aſportari poterat: nec ea importari quibus ĩdigebat: nec mari præualebat: nec in Athicam uenire poterat: Theſſalis nõ ſequentibus: nec Thebanis una eũtibus. Fiebat autẽ natura ipſa loci: & rerũ utrinq; exiſtentiũ: ut etiam ipſos duces ſuperante (omitto quales) tamẽ magnis incõmodis afficeretur. Si ergo ſui cauſa: aut Theſſalos: aut Thebanos ſibi cõiungeret nõ putabat fore: ut ex animo ſecum perſeuerarent. Si uero eorũ cauſa dux eligeretur partim decipere: partim ſuadere poſſe arbitratus eſt. Quid ergo molitur? Videbitis q̃ aſtute. Bellum excitat in amphitiõibus: & circa pyleam tumultũ. Hoc enim facto uidebat illos ſtatim ſui indigere. Si ergo hoc ab aliquo ſocioꝝ factum eſſet: putauit fore ut res ab eo cõpoſita animaduerteretur: & Thebani ac Theſſali ac cæteri omnes cauerẽt. Si uero a uobis aduerſariis fieret faciliter ſe id qđ cupiebat cõſecuturũ putauit: qđ quidem euenit. Quo ergo pacto id agit: hunc mercede data cõducit: qui nullo rem obſeruãte: nec ſuſpicante quidem: queadmodũ cõſueuit apud uos plæraq; eiuſmodi fieri: prærogatiuã nactus: & a tribus uł a quatuor per ſuffragiũ ſubleuatus: Pylagoras eligit͛. Vt igit͛ auctoritate publica accæpta in amphitionas ꝑuenit cæteris oĩbus poſt habitis: ea ꝑfecit: ꝓ qbus mercedẽ accæpat. At uerba colocata fabulaſq; ut Cirrhea regio dedicata fuit: enarrãs: hoĩbus iſuetis uerboꝝ: & futuꝝ mĩme ꝓſpiciẽtibus: ſuadet: ut eã regionẽ: quã Amphiſei ceu ꝓpriã colebãt iuadãt. Atq; eo qdẽ tpe qũ nihil oĩno aduerſus nos Locri molirent͛: qđ hic itelligere poteſtis: nõ poterãt Locri ſine uocatiõe qcq̃ aduerſus nos

facere. Quis igitur uos uocauit? aut quãdo? nomina aliquẽ conſciũ? Oſtẽde ſi potes? At nõ potes: ſed falſam cauſam mẽtiendo adducis. Circũeuntibus ergo amphitionibus regionem: ut iſte ſuaſerat: inſurgẽtes cõtra eos Locri uniuerſos pene cõfoderunt: quoſdã etiã ex ſacrificolis arripuerũt. Vt uero cauſæ odiorum iam ſuberãt: ac bellũ aduerſus Amphiſeos gerebat: primus Cotyphus exercituũ dux amphitionũ copias delegit. Verũ ut alii quidẽ non uenerũt: alii uenietes nihil profecerunt. In ſecũdo conuẽtu corrupti quidã homines ex Theſſalia: aliiſq; ciuitatibus (ut antea cõpoſuerant) Philippũ uocandũ cenſuerũt: affirmãtes: aut ab ipſis conferendũ eſſe pecunias: & cõductum militẽ nutriendũ: pœnaq; afficiendũ eos: qui hæc facere recuſarent: aut illum eſſe eligendũ. Quid opus eſt uerbis? eligitur dux hoc modo: & cõfeſtim delectu habito: copiiſq; in unũ coactis: quaſi Cirrheã adiens profectus diſſimulato itinere: & Cirrheis & Locris relictis: Elatiam urbẽ occupat. Et niſi Thebani re cognita cõfeſtim uobis adheſiſſent: tanq̃ torrens in hanc urbẽ tũc Philippus incidiſſet. At eius impetũ Thebani cõpeſcuerunt: idq; fecerũt maxime propter alicuius dei erga nos benignitatẽ: deinde quantũ ad unum hominẽ attinet propter me. Da mihi decreta & tẽpora in quibus hæc facta ſunt: ut uideatis quãta mala hoc deteſtabile caput operatũ pœnas nõ dedit. DECRETA AMPHICTIONVM. Recita etiã tẽpora: ſunt enim qum iſte munus publicũ in Pylis gerebat. TEMPORA. Da mihi epiſtolã: quam poſtq̃ Thebani nõ parebãt: in Pelopõneſum ad ſocios ſcripſit Philippus: ut intelligere poſſitis illum contra græciã: cõtra Thebanos: contra nos egiſſe: Finxiſſe autẽ ſe ex cõmunibus amphitionũ decretis agere. Iſtæ uero occaſiones ac facultates eiuſmodi ſibi miniſtrabat. Recita epiſtolam EPISTOLA. Videtis q̃ fugiat priuatas cauſas: & in amphitiones confugiat. Quis ergo illũ ad iuuit? quis occaſiones præbuit? quis omniũ malorum cauſa fuit? Nõne iſte? Non dicatis ergo uiri Athenieſes uniuerſam græciã ab uno homine tanta mala perpeſſam fuiſſe. Nõ enim ab uno hoc factũ eſt: ſed a multis apud quos licet improbis atq; corruptis: quorum hic eſt unus: quẽ ſi dici fas ſit: nõ dubitem equidẽ cõmunem peſtem omniũ appellare hominũ: locorum: urbium. Nam qui ſemen præbuit: is naſcentiũ cauſa eſt. Itaq; patiẽtiã ueſtrã magnopere admiror: quod nõ cõfeſtim ſurgẽtes illũ laceratis. Sed ueritas apud uos obſcura eſt: & quaſi tenebris quibuſdã præpeditur Euenit autẽ mihi dum ea quæ iſti cõtra patriã feciſſent: referrẽ: in eorum quæ cõtra eos ipſe geſſi mentionẽ incidere: quæ multis ex cauſis æquũ eſt uos audire uelle: maxime quia turpe eſt uiri Athenieſes: ſi ego quidẽ res ipſas pro uobis toleraui: uos autẽ ne uerba quidem eorum ſuſtineatis Nam qum animaduerterẽ Thebanos: uos etiã quodãmodo ab iis qui res pro Philippo gerebant decæptos: quod erat utriſq; formidandũ: & diligẽtiſſime cauendũ Philippũ augeri negligẽtes: nec ulla in re id obſeruãtes: ſed inimice ſeſe ad inuicẽ labefactare cupiẽtes: ne hoc fieret: operam ac ſtudiũ meũ interpoſui: nec id ſolũ ex mea ſnia: ſed Ariſtophontis: atq; Euboli: quos ſciebam omni tẽpore cupiuiſſe hãc amicitiã firmare. Et qum in cæteris rebus ſibiipſis perſæpe diſſẽtirent: in hoc tamẽ uno idem ſemper ſenſiſſe: quos tu uiuẽtes aſſentãdo impudẽtiſſime ſequebare: mortuos uero nõ dubitas criminari. Nam quæ tu mihi de Thebanis ſuccenſes: illis magis q̃ mihi ſuccẽſes: a quibus ante me hæc ſocietas fuerat cõprobata. Sed illuc redeo. Qum bellũ Amphiſeũ ab iſto cõflatum fuiſſet: ab aliis uero eius auditoribus inimicitia aduerſus Thebanos eẽt inducta: euenit ut Philippus nos iuaderet: cuius rei gratia iſtæ ciuitates adinuicem colliſerant. Quod niſi preſenſiſſemus: nec recipere quidẽ nos potuiſſemus: ſic iſti procul rem ipſã cõpoſuerant. Quẽadmodũ uero res erãt: ex his decretis reſponſionibuſq; cognoſcetis: quæ mihi recita. DECRETA. Recita & reſpõſiones. RESPONSA. Qum per iſtorum operã Philippus ciuitates ſic adinuicẽ diſpoſuiſſet: eiuſmodi decretis reſpõſiſq; elatus: putãſq; fieri nullo modo poſſe: ut cũ Thebanis poſthac cõſpiraretis: profectus cũ ſuis copiis Elatiam occupauit. Qua re huc nũciata: quãta trepidatio in urbe fuerit: licet plæriq; meminiſtis: tamẽ ex me pauca: quæ neceſſitas exigit: audiatis. Veſper quidẽ erat: qũ huc nunciatũ eſt Elatiã a Philippo captã: cuius rei nũcio exciti magiſtratus: alii ex ſcæna ſurgẽtes: ſcænas in foro poſitas diſturbãt: igneq; imiſſo cremãt. Alii prætores in forum cogũt: tibicineq; uocãt: tota urbs tumultu: ac trepidatione impletur. Mane autẽ facto magiſtratus in curiã ſenatũ uocant. Vos autẽ in concionẽ frequẽtes iuiſtis: & priuſq̃ ſenatus quicq̃ decerneret: uniuerſus populus in gradibus Theatri cõſedit. Deinde ut ſenatus uenit: & quæ nũciata fuiſſet expoſuit: nũciuſq; ipſe corã adductus: eadẽ ipſa rettulit: rogare cœpit præco: qs cõſulere uellet: nullus tñ ſurgebat. Sæpius tñ præcone rogãte: nihilo magis quiſq̃ aſſurgebat. Qum oẽs quidẽ prętores: oẽſq; oratores adeſſẽt: uocãte cõi patriæ uoce: ut de ſua ſalute conſuleret. Nã quã præco ſecundũ leges uocẽ emittit: hãc eſſe cõmunem patriæ uocẽ putandum eſt. Atqui ſi eos qui rẽp. ſaluã eſſe uellent: aſſurgere oportuit: uos omnes & cæteri Athenieſes aſſurgere debuiſtis. Cũcti enim (ut bene ſcio) patriæ ſalutẽ uolebatis: Si ditiſſimos eos qui trecenti appellãtur: Si & beniuolos & locupletes: qui deinceps magna tributa pendũt: nam & charitate & diuitiis:

hoc agunt. Sed (ut uidetur) tēpus illud atq; illa dies nō beniuolū & locupletē ciuem dūtaxat flagitabat: ſed qui ab initio rem cōſecutus iam præuidiſſet: cuius rei gratia hæc facta eſſent a Philippo: & quid ipē ſibi uellet. Nam qui hæc iam antea nō diligēter præmeditatus eſſet: q̄q̄ beniuolus & locuples: nihil magis quid agendū foret cognoſcere: aut uobis conſiliū afferre potuiſſet. Ego igitur in ea die huiuſmodi apparui: & aſſurgens illa dixi: quæ uos duoꝝ gratia audire uelle debetis. Primum ut intelligatis me ſolū ex omnibus: qui in rep. uerſabātur: in rebus arduis: aduerſiſq; tēporibus nunq̄ charitatē patriæ omiſiſſe: ſed dicēdo & decernendo ea quæ utilia forent ꝑquiſiſſe. Deinde ꝙ pro paruo tēpore ad reliqua reipu. negocia multo eritis peritiores Dixi ergo illos qui formidabāt: Thebanoꝝ cum Philippo initam ſocietatem: ſtatū ipſum rerū penitus ignorare. Nam ſi hoc eſſet: iam ipſum nō in Elatia: ſed in noſtris finibus audiremus eē Me tamē putare: ac pro certo habere: illa de cauſa illuc ueniſſe Philippū: ut Thebanoꝝ mētes quēadmodū cupit diſponat. Nam quoſcūq; Thebanos aut decæpiſſe: aut pecunia corrupiſſe potuit: ſibi iampridē aſciuiſſe. Eſſe uero quoſdā quos in ſententiā ſuā trahere nōdum potuit ea nūc de cauſa Elatiā occupaſſe: ut copias oſtentādo: & arma ꝓpius admouēdo: qum ſuos extollat & alacriores faciat: tum aduerſarios deterreat: ut ſic uel cōcedant ea quæ adhuc recuſauerūt uel certe cōpellantur. Si igit̄ & nos inq̄ uolumus ſiqua in re moleſti fuerūt unq̄ nobis Thebani eius rei nunc meminiſſe: nec illis ullo modo credere: ꝑmū ea faciemus: quæ maxime cupit Philippus. Deinde illud uereor: ne mutatis iis: qui nūc aduerſant̄: atq; unanimiter cūctis in Philippum cōuerſis: ambo ſimul Athicā irrumpāt. Si tamē mihi aſſentiemini inq̄: nec cupiditate animi: nec cōtentione: ea quæ dicā cōſiderabitis: me uiam oſtenſurū arbitror: per quā hoc īminēs reip. periculū diſſoluatur. Quid ergo dico? Primū iſtum timorē eſſe deponēdū: & mutata mēte pro Thebanis ſuſcipiendū: qui huic ꝑiculo ſūt uiciniores. Deinde ab omnibus qui ætate ſūt militari: in Eleuſinā exeundū: & cū armis ſeſe oſtentandū: ut ii qui nobiſcū ſentiūt Thebanorū: æque cōfidere poſſint: uidētes eodē modo uos ſibi pro libertate certantibus opem ferre paratos: quēadmodū iis qui patriā Philippo uendūt: adeſt in Elatia auxiliū copiarū. Poſt hæc eligēdos eſſe cēſeo legatos decem: iiſq; poteſtatē una cū prætoribus dandā: & exeundi & ꝓficiſcendi illuc quādo eis uideat̄. Qum uero Thebas adierint legati q̄d obſeruare debeāt: diligētiſſime animaduertite. Nihil a Thebanis ſuppliciter poſtulare debēt: nō enim cōuenit tēpori: ſed promittere uos auxiliū laturos: ſi ipſi poſtulabūt: qū ipſi ſint extremo in ꝑiculo cōſtituti: nos uero meliori cōiectura q̄d futurū eſſet ꝓuiderimus. Vt ſi hoc recipiāt: & nobis aſſentiantur: ſimul & quæ cupiūt cōſequantur: & pro dignitate huius populi hæc ſint geſta. Si uero ꝑficere nequeamus: ipſi ſibi imputēt errata ſua. A nobis uero nihil turpiter: aut abiecte factū dici poſſit. Hæc & his ſimilia qū dixiſſem: cōſedi laudātibus oībus: nullo cōtradicente. Nec dixi quidē hæc: nō autē decreui? Nec decreui: nō autē legatus abii? Nec legatus abii: nō autē pſuaſi Thebanis? Sed de ꝑmo ad ultimū cuncta ꝑfeci: in nullo mihi ipſi parcēs: qū tanta pericula urbē circūdarēt. Da mihi decretū tunc factū. At quē uis me Aeſchines: & quē te illa die fuiſſe ponā? Vis me ponā eū quē tu per cōtumeliā appellare ſoles batulū? Te uero Heroa quendā egregiū Crephontā: aut Creontē: aut quē tu ſæpe male egiſti Enomaon? Tūc igitur in illo tp̄e ego Peanicus Batulus: te Enomao cothochidie utilior fui patriæ. Nam tu nulla in re utilis fuiſti: ego in oībus quæ decēt bonū ciuē. Recita hoc decretū. DECRETVM. Hoc ꝑncipiū amicitiæ cū Thebanis fuit: qū ante ſemp odiū inimicitiæq; iſtis auctoribus uiguiſſēt. Hoc decretū id periculū q̄d tūc reip. īminebat: tanq̄ nubē aliquā diſſipauit. Erat boni ciuis tūc oſtēdiſſe oībus: ſiq̄d his haberet utilius: non hoc tandē tp̄e reprehēdere. Calūniator enim atq; cōſultor q̄q̄ nulla in re cōueniant: in hoc tamen uno plurimū differūt: ꝙ conſultor ante rē geſtā ſn̄iam ſuā oſtēdit: & fortunæ atq; tēporis ſeſe apud eos q̄bus ſuadet: obnoxiū præſtat. Alter uero qū opus eſt cōſilio: ſilentiū agit. Siquid aduerſi acciderit: maligne reꝑhēdit. Erat igit̄ (ut ego dicebā) tēpus illud uiri boni & patriæ amatoris: iuſtorūq; uerboꝝ. Ego autē tantū ſupadiungō: ut ſi uel nūc oſtēdere quiſq̄ poſſit: q̄d illo ſit melius: aut oīno aliq̄d ultra id: q̄d tūc pſuaſi: me in crimine eē cōfitear. Siq̄d eſt q̄d aliq̄s nūc faciendū fuiſſe uiderit: q̄d tūc factū nō ſit: hoc ego dico me latere nō debuiſſe. At ſi non eſt: nec dici poteſt etiā hodie quid oportebat cōſultorem facere? nōne quæ uidebantur optima potiſſimaq; eligere? Hæc ego Aeſchines feci præcone flagitāte: quis cōſulere uellet: nō quis accuſare preterita: aut diuinare futura uellet. Te cū ſilentio per illud tēpus in cōcionibus ſedēte: ego ſurgens cōſului. Sed quoniā tunc cōſilium tuū non oſtēdiſti: ſaltē nunc oſtende. Dic quā rationem inire tūc oportuit: aut q̄d tēpus a me ſit ꝑtermiſſū: quæ ſocietas: quæ res agēda. Atq ꝑteriiū ſemp apud oēs relinq̄tur: & nemo hoc ī cōſultationē ponit: futuꝝ aut pn̄s conſiliū poſtulat. Tūc ego ꝑtim hoꝝ q̄ futura erāt: ut nūc uidemus: partim iā aderāt: in q̄bus uide: q̄d ipſe cōſilii capiendū cēſuerim: nec ea q̄ euenerūt ītorqueas. Nam finis reꝝ oīum ut fortunæ libuit īponit̄:

electio uero cōſulentis ingeniū oſtēdit. Noli mihi hoc crimē obiectare:ſi euenit ut Philippus ī
ꝑlio uicerit. Nam in dei id erat:nō in mea poteſtate. Sed ꝙ nō cuncta ſecundū humani ingenii
capta:iuſte ſimul atqꝫ diligēter ꝓuidi:& cum ſūmo labore effeci: aut ꝙ nō honeſta pro reipu.
dignitate cōſului. Hoc mihi non obiecta:atqꝫ oſtēde ſi potes. Si uero hoc fulmē:atqꝫ hic æſtus:
nō ſolum nos:uerū cæteros quoqꝫ græcos uehemētius inuaſit:qd eſt agendū. Velut ſiquis nau
tam:qui omnia pro ſalute nauigantiū diligētiſſime cōparauerit:& omnibus nauē inſtruxerit:
quæ ad ſalutē uidebant̃ expedire. Deinde fluctibus agitātibus:armis fatigatis aut cōfractis nau
fragii accuſet. At nō eram gubernator inquiet:ut nec ego dux exercitus fui:nec fortunæ domi-
nus:ſed ipſa fortuna omniū. Verū illud uide:atqꝫ attēde:ſi una cū Thebanis pugnātes ſuperati
ſumus:qd illis Philippo cōiunctis putādū eſt:fuiſſe euēturū? pro qbus tūc Philippus tāto emi-
ſit clamores. Etſi nūc pugna triū dierū iter procul ab athica cōmiſſa: tantū periculū ac terrorē
huic urbi attulit:qd expectandū fuit:ſicubi intra fines noſtros hoc eueniſſet? Cōſiſtēdi enim &
reſpirādi:ac multa de ſalute noſtra ꝓuidendi:unus:duo:tres dies nobis ſpatiū dederūt. Tūc au
tem nec referēda quidē ſūt illa:quæ nec expiri nos ꝑmiſit deoꝝ benignitas:& ꝓuiſio ſocietatis
huius quā iſte calūniatur. Hæc autē oīa ad uos iudices reſpōdeo:& ad illos qui circūſtant: atqꝫ
audiūt. Nam quantū ad iſtū ſceleſtū attinet:breuis ac plana ſatiſfacit oratio. Si tu ſolus Aeſchi-
nes hæc ꝓuidebas:tūc palā facere debuiſti:qū ciuitas de his rebus cōſultabat. Si nō ꝓuidebas ei
dem cū aliis ignorationi obnoxius es. Itaqꝫ qd tu magis de hiſce rebus mei accuſādi ius habes:
q̃ ego tui. Ego certe in hoc ipſo melior q̃ tu fui ciuis:in hoc dico: nec dū de aliis dixero: ꝙ ego
me ad illa cōtuli:quæ utilia fore uidebātur: nullius mei ꝑiculi rationē habēs. At tu nec meliora
īueniſti:nō enim hæc ſecuti eēnt:nec ad hæc ipa te utilē quoquo modo ꝓſtitiſti. Quod uero im
probiſſimus ac inimiciſſimus huius urbis feciſſet:hoc tu feciſſe:ī his quæ euenerūt cōprobaris
Et ſimul Ariſtratus in Naxo:& Ariſtolaus in Thaſo:huius urbis inimiciſſimi amicos Atheniē-
ſium ꝑſequūtur:& Aeſchines Athenis Demoſthenē accuſat. Atqui cui īfortunia græcoꝝ ſplen-
dori ſūt: periſſe dignior eſt:q̃ aliū accuſare:& cui tēpora eadē quæ hoſtibus ciuitatis utilia ſunt
is patriæ amator eē nullo modo pōt. Cōſtat uero ex iis quæ dicis ac facis: quæqꝫ in repu.geris
& rurſus quæ nō geris. Agitur qd ex iis quæ ꝓfutura uideātur? Mutus Aeſchines: offēdit qppi
am:& fuit quale nō oportuit. Adeſt Aeſchines:uelut cōtracta atqꝫ diſiecta: cū malū qd corpus
habet:tūc & ipſa mouētur. Sed qū euētibus maxime īhereat:uolo aliquid dicere īcredibile: &
nulli per deos miraculo ſit:ſed id qđ dico beniuole recipiat. Si cūctis ea quæ euenerūt: manife
ſta fuiſſent:oēſqꝫ ꝓuidiſſent:& tu ꝓdiceres:atqꝫ atteſtareris clamādo ac uociferādo:qui nihil oī
no dixiſti:nec ita quidē hæc ciuitas aliter facere debuit:uel ſi gloriæ:uel ſi dignitatiſ maioꝝ:aut
futuri ſeculi ratio eſt habēda. Nūc enim nō ꝓceſſiſſe res:qđ cūctis mortalibus cōe: quādo deo
uideat̃. Tūc autē qū digna ꝓncipatu haberet̃ ciuitas:ſibi ipſi defeciſſe:& Philippo cōceſſiſſe: ac
oēs ꝓdiſſe argueret̃:ſi ipſa ſine ullo certamīe abieciſſet:ꝓ qbus maiores nullū unq̃ periculū re-
cuſarūt. Quis te nō abominaret̃? nō enim rēp. nec me? Quibus oculis uenientes in hāc urbē aſpi
ceremus:ſi res ut nūc ſūt:eſſent? Dux uero & dominus factus eēt Philippus: & cæteri græci ne
id fieret ꝓter nos reſtitiſſent. Quanq̃ hæc ciuitas nunq̃ ante hoc tēpus glorioſo ꝑiculo ſecurita
tē in gloriā antepoſuit. Nam qs græcoꝝ:qs barbaroꝝ ignorat:& Thebanos:& Lacedæmoni-
os ꝓus:ac Perſarū regē libētiſſime cōceſſuros fuiſſe:ut hæc ciuitas ſuis oībus retētis:& aliis inſu
per quæ uellet accæptis iuſſum feciſſet:cōceſſiſſetqꝫ alteri græciæ ꝓncipatum. Sed nō erāt hæc
Atheniēſibus pacta:nec tolerabilia:nec cōuenientia: nec potuit hic populus unq̃ adduci:ut do
minātibus iniuſte cōiunctus ſecure ſeruire uellet. Sed oē tēpus de ꝓmitiis:de gloria:de honore
certare nō deſtitit. Hæc uos & honeſta:& ueſtris maioribus cōſentanea iudicaſtis:ut maiores q
hæc fecerūt:maximis laudibus ꝑſequamini:nec īmerito. Quis enim nō amet uirtutē illoꝝ:qui
& regione & urbe deſerta: naues ingreſſi ſūt:ne īperata cuiuſqꝫ reciperent:eūqꝫ qui hæc ſuaſe-
rat Themiſtoclē ducē ſibi elegerūt. Et qui repugnabat:nec parere decreto uolebat Cyrſilū:nō
ſolū ipſi ipſū:ſed & uxores illoꝝ illius uxorē lapidibus obruerūt:nec quæſiuerūt tūc Atheniē-
ſes oratorē nec ducē:per quē ſeruirēt fortunate. Sed nec uiuere quidē ſine libertate uoluerunt.
Putabat enim eoꝝ quiſqꝫ ſe nō parētibus ſolū eē natū:uerūetiā patriæ. Intereſt autē hoc:ꝙ is q
dūtaxat parētibus ſe natū arbitrat̃:fatalē atqꝫ ſpontaneū uitæ exitū expectat. Atqui ſe etiam pa
triæ natū putat:ne illā ſeruire uideat:morti ſe obiiciet:cōtumeliāqꝫ & infamiā quā in patria ſer
uiēti tolerare neceſſe eſt:magis formidabit:q̃ mortē. Si ergo uos a me inductos dicā:ut ea quæ
digna forēt maioribus ueſtris faceretis:nullus eſt qui me iuſte reꝑhēderet. Sed ego ueſtras men
tes eiuſmodi fuiſſe oſtēdo:doceoqꝫ etiā ante me huiuſmodi ꝓpoſitū huius populi fuiſſe:mini-
ſterii tamē per ſingula tꝑa geſtoꝝ me participē fuiſſe dico. Hic aūt Aeſchines me cauſam fuiſſe
omniū affirmās:& uos mihi īfenſos facere nitēs:quaſi omniū formidinū periculorūqꝫ auctori

me quidē pſiti honore:uos autē ꝑpetua gloria per oē tēpus ſpoliare quærit.Si.n.īprobatis re/
bus in repu.geſtis meis hūc dānabitis:erraſſe quidē uidebimini:nō fortunæ uitio hæc ptuliſſe.
Sed nō eſt cauſa cur erretis uiri Atheniēſes pro libertate & ſalute oīum picula ſubeūtes. Nō p
eos qui in plateis:in acie ſteterūt,ꝓgenitores:& qui in Salamina nauali ꝓlio: & qui ī Artemiſio
& multos alios ꝑclaros uiros:quoꝝ in publicis annalibus extat memoria:quos hæc ciuitas ſiſī
dignata honore ſepelıit Aeſchies:nō illos dūtaxat qui uictores fuerūt:ſed oēs:nec īmerito. Nā
qđ fuerat bonoꝝ ciuiū opus:oēs fecerūt.Fortuna uero ſic uſi ſūt:ut fatū ꝑparauit. Deinde me
honore & gratia apud hos ꝓuare quærēs:trophea:pugnas:& antiquas res geſtas cōmemoras
quarū cōmemoratione pñs certamē nequaꝗ̄ idigebat.Me autē de ꝓncipatu reip. cōſulentem:
quā mentē īduere oportuit?an eoꝝ qui īdigna huius populi cenſebāt?iuſte mehercule īteriſſē.
Præterea nec uos o uiri Atheniēſes:publicas & ꝓuatas cauſas eadem mēte iudicare debetis:ſed
cōſilia priuatarū rerū:ꝓuatis legibus actionibuſq; metiri.Publica uero ad dignitatē maioꝝ re/
ferre.Et qſq; ueſtrū qū ea iudicant:ſimul cū tabella mentē ciuitatis īduere.Sed in maioꝝ mētio
nē lapſus:nonnulla decreta ac res geſtas ꝑtermiſi.Redire ergo uolo illuc:unde digreſſus ſum.
Poſtꝗ̄ Thebas ꝓuenimus:offēdimus ibi Philippi:& Theſſaloꝝ:& alioꝝ ſocioꝝ legatos:& no
ſtros qdē amicos metu ꝑculſos:illius uero alacres atq; erectos:& ut hæc me nō dicere tpis cā ui
deatis.Recita mihi epłam:quā tūc legati ſcripſimus.Atq iſte eo calūniæ ꝓuehit:ut ſiqd bñ ge/
ſtū fuerit tpi tribuat:nō mihi:quæ aūt aliter euenerūt:eoꝝ fortunā meā dicat cauſā fuiſſe.Et ut
uidet cōſultor ego atq; orator eoꝝ quæ uerbo atq; cōſilio bñ geſta ſūt:nllo modo uideor par
ticeps:eoꝝ uero quæ armis & exercitu īfœliciter ꝓceſſerūt:ſolus cā uideor ſibi fuiſſe.Qui acer
bior calūniator repiri pōt aut deteſtabilior?Recita epłam.EPISTOLA. Qum ergo cōcionē
aduocauiſſētThebani illos ꝓus ītroduxerūt,ꝓpter ſocietatē:qui adeūtes uerba fecerūt:multa ꝓ
Philippo:multa cōtra nos dicētes: & quæcūq; feceratis unꝗ̄ cōtra Thebanos cōmemorantes.
Sūma dicēdi hæc fuit:ut pro bñficiis a Philippo accæptis:amicos ſe illi ꝑſtarēt:pro iis uero ꝗ̄ a
nobis iniuſte ꝑpeſſi erāt:pœnas cape uellēt:aut per ſe īuadētes:aut una ſecū Athicā irrūpentes.
Addiderūt etiā ex iis quæ ipſi ſuadebāt:fore:ut oīs gñis ꝑda ex Athica in Boetiā traduceret: ex
iis uero ꝗ̄ nos eſſemus dicturi:& pecora:& hoīes:& cætera bona ex Boetia auferri.Alia ꝑterea
multa ī hāc ſñiam diſſeruerūt.Cōtra hæc qd nos diximus:ſingula qdē ſic libēter referrē:ut ꝓ
ipſis referēdis uitā paciſcerer.Sed uereor ne ꝑteritū tꝑs tanꝗ̄ diluuiū aliqđ haꝝ reꝝ memoriā
ita diluerit:ut moleſtus ac ſupuacuus hic ſermo uideat.Quæ tñ nos pſuaſimꝰ:& ꝗ̄ nobis illi rñ
ſa dederūt audite RESPONSIO THEBANORVM.Poſt hæc igit illis uocātibꝰ uos exiſtis
auxiliū tuliſtis:& nedū media omittā:ſic familiariter uos ſuſcæperūt:ut qū ipſoꝝ pedeſtres eq̄/
ſtreſq; copiæ foris eēnt:ītra urbē atq; domos:īter liberos atq; cōiuges:& cætera chariſſima ex/
ercitū ueſtrū recæperūt.Atq de tribus ꝑclariſſimis rebus: illa die nos apud oēs hoīes Thebani
cōmēdauerūt:de fortitudīe:de iuſticia:de modeſtia.Nā bellū eligēdo potius una nobiſcū ꝗ̄ ad
uerſus nos gerere:& fortiores eē:& iuſtiorē hr̄e cauſā ꝗ̄ Philippū iudicauerūt. Et quæ apud cæ
teros plurimæ cuſtodiæ:liberos & cōiuges nobis credēdo: tēperātiæ fiduciā de nobis ſe habe/
re oſtēderūt.De qbus oibus uiri Athenienſes ꝗ̄tū in uobis fuit recte eos exiſtimaſſe appuit.Nā
tāto exercitu Thebas īgreſſo:nullus aduerſus quenꝗ̄ ueſtrū:ne iniuſte qdē ꝗ̄ſtus eſt:ita uos mo
deſtos ꝑſtitiſtis.Et bis cū hoſte cōgreſſi ꝓoribꝰ pugnis:una ſup fluuio:altera apud chimærā nō
ſolū fortes uiri:uerūetiā mirabiles apparuiſtis:ornatu:ſtructura:audacia. Ex qbus ab aliis qdē
uobis laudes:a uobis autē ſupplicationes atq; pōpæ diis īmortalibus fuerūt.At equidē libēter
peterē:qū pro iis rebus geſtis:gaudio ac gratulatione urbis erat referta:utrū in ſacrificiis & læ/
ticia una cū populo erat Aeſchines:an triſtis & bonis publicis īfenſus domi manens affligebat
Si aderat:& una cū cæteris particeps fuit:idigne facit:īmo impie:ſi illa quoꝝ ut ꝓſpere geſto/
rū deos teſtes uocauit:a uobis nūc improbāda cenſet:qui deos iurati eſtis.Si nō affuit:quō pe/
rire dignus eſt?nec ſemel:nec pluries:ſi de qbus alii læticiā ſuſcæperūt:ipſe mœſticia afficiebat.
Recita hæc decreta.DECRETA.Nos itaq; tūc in feſtis eramus:Thebani uero ſe a nobis ſalu
tē accæpiſſe arbitrabant:& factū erat:ut ii qui auxilio īdigere uidebant:ipſi mihi aſſentiēdo:ali
is auxiliū ferrēt.At quas tūc uoces emiſit Philippus:& in qbus fuerit turbationibus iſtorū gra/
tia:declarāt eius epiſtolæ in Pelopōneſum miſſæ:quas nunc mihi recita:ut uideatis:qd aſſidui
tas:& labores:& legationes:& decreta mea:quæ nūc iſte uitupat:ꝑfecerūt.Atq cōplures apud
uos uiri Atheniēſes:oratores ante me præclari fuerūt:Calliſtratus ille:Ariſtophon: Cæphalus
Thraſybulus:alii multi:nullus tamē iſtoꝝ ſe oino totū reip.tradidit:ſed alter decernebat:nō le
gationes obibat:alter legationes obibat:nō aūt decernebat.Relinquebat.n.ſibi qſq; partim fa
cilitatē:partim refugiū:ſiqd forte accidiſſet.Quid ergo dicet quiſpiā:tu uſq; adeo cūctis & ma
gnitudine ai:& uiribus añcellis:ut unus oia exeꝗ̄ris?Nō dico hoc.Sed tāta mihi uidebat piculi

magnitudo:qđ tūc iminebat:ut exiſtimarē nullā ꝓpriæ ſalutis habēdā eē rationē:& bene actū
putari:ſi nihil omittēdo ea quæ agēda forēt:agerent. Perſuaſerā etiā mihi:ſtulte fortaſſe:attñ ꝑ
ſuaſerā:neqꝫ ſniam dicēdo quenq̃ melius decretuꝝ eē:nec legationes obeūdo diligētius quenq̃
id agere:ea de cā me oībus expoſui. Recita epl̃as Philippi. EPISTOLAE. In hoc coniecit Phi
lippū opa mea. Hāc ille uocē emiſit ꝓpter me:multa & acerba ꝑus cōtra urbē minitatus:ob q̃s
quidē res iuſte coronatus tūc fui:pſite & nō repugnāte qdē te. Diondas qui tūc repugnabat qn
tā partē ſniaꝝ nō reportauit. Recita mihi decreta:quæ tūc ī accuſationē deducta:nō tñ ab iſto
attētata euaſerūt. DECRETA. Hæc decreta uiri Athenieſes eaſdē hñt ſyllabas:atqꝫ eadē uerba
quæ ꝑus Ariſtonicus:& nūc Ctheſiphon ſcripſit:& hæc Aeſchines ipſe nō accuſauit:nec accuſā
ti fuit ſubſcriptor. Atq tūc Demomelē qui hæc decreuit:& Hyperidē:magis iuſte q̃ hūc pſequi
licebat. Quāobrē? Quia nūc iſte ad illos ſe referre:& res iudicatas:& iſtū nō accuſauiſſe:qū alii
tūc accuſarēt:& leges nō pmittere:id de quo actū eſt:agi:& multa alia allegare pōt. Tūc aūt res
ipſa per ſe iudicabat:anteq̃ ꝑiudiciū fieret. Sed nō licebat opinor tūc facere:quæ nunc facit. Ex
antiqs uetuſtiſqꝫ decretis multa colligere:quæ nec ꝑuidere qſq̃ poterat:nec opinari:ab iſto ho
die referri:calūniari:& tpibus trāſpoſitis:& falſis cauſis ꝓ ueris iductis aſſerere. Nō licebat tūc
iſta facere:ſed ſub ipſa ueritate quæ recēs erat:uobis res ipſas geſtas memoria tenētibus:& quā
ſi in manibus ſingula habētibus:oīa eius uerba nota fuiſſēt. Quapropter redargutiones iuxta
res ipſas fugiēs:poſt tot elapſis tpibus uenit:rhetoꝝ certamē(ut mihi uidet)nō rerū geſtarū exa
men:& iudiciū uerboꝝ:nō utilitatis cuiuſq̃ reip. inducēs. Deinde uos pſtringere uolēs ait: quā
opinionē de nobis domo attuliſtiſ:eā in iudicio nō eē attēdendā. Quēadmodū.n.inqt qū pecu
niā alicui ſupeſſe putatis:ſi poſito diligēter calculo:nihil ſibi deberi repiatur:cōceditis: ſic nūc
iis quæ rō oſtēdit inherēdū eē:uidebitis q̃ fragile ſit oē qđ eſt a iuſticia ſeiunctū. Nā ex hoc ſapi
enti eius exēplo planiſſime cōfitetur uos itelligere me pro patria certauiſſe:ipſum autem pro
Philippo. Nō.n. diſſuadere quæreret:ni talis de utroqꝫ eēt opinio. Quod tñ nō iuſte q̃rit hanc
opinionē remouere:ego oſtēdā:nō poſitione calculoꝝ(nō.n.hæc eſt reꝝ rōcinatio)ſed cōme
moratione breui rerū a me geſtarū:calculatoribus ſimul & teſtibus uobis audiētibus utēs. Mea
opa quā iſte criminat:qū Thebani una cū Philippo Athicā iuaſuri forēt:ut nobiſcūqꝫ cōiunge
rent:ac illū ꝓhiberent effecit:qum bellū in Athica futurū eēt:ut ſeptuaginta ſtadiis ꝓcul ab ur
be in finibus Boetiæ gereret:qum latroneſ ex Euboia ꝑdaturi nos forent:ut maritima regio oī
tpe belli pacata fuerit:qum Helleſpontū occupaturus eēt Philippus Bizancio capto:ut nobiſ
cū aduerſus illū Bizācii pugnarēt: An tibi inſtar calculi uidet harū rerū cōmemoratio? An hoꝝ
memoriā cēſes tolli oportere:ac nō potius ut in oē tēpus firma ſit cogitare? Illud non addo ꝙ
crudelitatē quā uidere licet in iis:quoꝝ Philippus dñs eſt cōſtitutus:alios expiri contingit. Hu
manitatis uero quā ꝓ cæteris captādis erga nos ſimulauit:uos nec īprobe fructū cōſecuti eſtis.
Sed hæc omitto. Nec illud dicere uerebor:ꝙ ſiqs oratorē uelit iuſte ſine calūnia ītueri:nō qua
lia tu nūc referebas accuſaret:exēpla fingēs & uerba:atqꝫ geſtus uelut in ſcæna cōponens. Val
de nimirū ut uidet:res græciæ periclitauerūt:ſi ego hoc uerbū:ac nō hoc ꝓtuli. Aut ſi huc:nō il
luc manū traduxi. Sed hæc cōſideraret quas uires habebat ciuitas:quæue auxilia:qum ad rēp.
me cōtuli:& quæ poſt hæc ipſe cōparaui. Qualeſqꝫ forēt tūc hoſtiū res. Ac deīde ſi ego minui
has copias:me accuſare:ſi auxi:nō obtrectare debuiſti. Qum ergo tu hoc facere nolueris: ipſe
faciā. Et animaduertite ſi iuſto utar ſermone. Potentiā ciuitas habebat:inſulares:nō tamen oēs:
ſed ībecilliores. Nō.n. Chius: nec Rhodus:nec Corcyra nobiſcū erāt: pecuniaꝝ uero ordiatio
nē ad qnqꝫ & q̃dragita talēta:& hæc iā ꝑus erāt abſūpta: peditē uero:aut eqtē ꝑter domeſticos
nullū. Quod aūt deterrimū erat:& maxīe hoſtibus accōmodū:iſti uicinos oēs ſic diſpoſuerāt:
ut inimici ꝓpius eēnt q̃ amici:Megarēſes:Thebanos:Euboios. Hic erat tūc nraꝝ reꝝ ſtatus:nec
aliud ꝑter hæc dicere qſq̃ pōt. Philippi aūt cū quo nobis erat certamē:quēadmodū res erāt cō
ſiderate. Primū eoꝝ q ſequebant:dñabat:ipſe ſuo arbitrio eoꝝ q̃ ad bellū ptinent moderator:
qđ maximū ē oium reꝝ. Deinde iſti arma ſp habebāt ī manibus:pecuniis affluebat:ex ſua ſnia
res gerebat:nō ꝑdicēs in cōſiliis:nec in apto qđ agendū foret diſcæptās:nec obtrectātibus: aut
iudiciis ſubiacēs:nec cauſas fugiēs:nec obnoxius cuiq̃:ſed ipſe dominus:dux:impator omniū.
Ego uero qui illis oppoſitus erā(nā hæc examinari cōuenit)cuius erā dñs? nullius certe. Nam
hoc ipſū dicere ad ppl̃m:qđ ſolū in me fuit:una cū iſtis:qui mercede corrupti erāt:cōe mihi fe
ceratis. Et in qbus iſti ſupabant:qđ ſæpe accidit:qua tandē ex cauſa omitto:hæc uos pro hoſti
bus decernebatis. Attamē ex huiuſmodi iniquitate reꝝ ego ſocios uobis feci Euboios:Acheos
Corinthios:Thebanos:Megarēſes:Leucadios:Corcyreos:a qbus qndecim milia peditū:abſqꝫ
urbanis eorundē auxiliis cōgregaui:pecuniaꝝ uero quātū potui maximū numeꝝ diſpoſui. Si
uero aut Thebanoꝝ aut Bizācioꝝ:aut Euboioꝝ fœdera cōmemoras:aut de æqtate nūc ɔtēdis

Primo quidẽ ignoras:& ante qũ pro ſalute græcoꝝ pugnatũ eſt:ex trecẽtis nauibus( tot enim
pugnauerũt)ducẽtas Athenienſiũ fuiſſe.Nam putauit tũc populus Atheniẽſis iüs ſuum minui:
nec diẽ illis dixit:qui huius cõſilii fuerũt auctores:nec unq̃ ſup his cõqueſtus eſt: nam turpe id
quidẽ.Sed diis gratias habuit:ſi in cõmuni græcoꝝ ꝑiculo ipſe plus q̃ oẽs reliq ad ſalutẽ cõtri-
buit.Quanq̃ uanas his gratias præſtas:in me accuſãdo.Quid enim nũc tandẽ mones? qd tunc
fuerit faciendũ:ac non tũc qum eſſes in urbe:hæc tua ſentẽtia decreuiſti:ſiquidẽ id tẽpora patie
bant:in qbus nõ ut uolebamus:ſed ut facultas dabat nobis:neceſſe erat ſuſcipere.Nam præſto
erat qui emeret:& qui eos quos nos reiiceremus:ſibi ꝓmptiſſime aſciſſeret:pecuniaſq; ſupad-
deret.Quod ſi nũc accuſor:qd putatis:ſi me frigide ac parce incedẽte receſſiſſent ii ppli & Phi
lippo ſe cõiunxiſſent:& ſimul Euboiæ & Thebarũ:& Bizãcii dominiũ nactus eſſet:hos impios
homines fuiſſe dicturos?Nõne ꝑditos?nõne repulſos fuiſſe illos:qui nobiſcũ eſſe cupiebant?
atq; ita Helleſpõtũ & tranſmiſſionẽ frumẽti in dictionẽ Philippi ꝑueniſſe.Bellũ uicinũ & gra-
ue ꝓpter Thebanos in Atthicã introductũ?Mare ꝓpter Euboiã nauigari nequiſſe?Nõne hæc
& multa alia dicerent?Mala o uiri Atheniẽſes:mala res eſt obtrectatio:ſemp & ubiq; calũniãs:
Hic etiã natura impudẽs eſt:nihil unq̃ liberale:nihil laudabile oꝑatus. Tragica Simia: ruſticus
Enomaus: abſurdus orator . Quid eni eloquẽtia tua uſui unq̃ fuit reipublicæ?Nũc dicis nobis
de rebus ꝑteritis. Velut ſi medicus quiſpiã egrotãtes adiens:nihil adinueniat:neq; oſtẽdat:quo
morbũ effugere queãt.Deinde mortuo eoꝝ aliquo:qum buſta eidẽ fiãt:ad monumentũ ſecu-
tus dicat:Si hoc & hoc feciſſet homo iſte:nõ eſſet mortuus.Attonite nũc tandẽ hoc ais?Nõ er-
go nec cõflictum illũ ſup quo lætitia exultas:qum ſuſpirare deberes:quantũ ad me attinet:ciui
tati eueniſſe repies.Sic enim cõſiderate.Nullo ex loco ad quẽ miſſus a uobis legatus fui:uictus
receſſi a Philippi legatiſ.Nõ ex Theſſalia:nõ ex Ambrachia:nõ ex Illyriis:non a Thraciæ regi
bus:nõ ex Bizancio:nõ aliunde unq̃:nõ tandẽ nuperrime ex Thebis: ſed in qbus legati eius ſu
perabãtur dicẽdo:ipſe armis frætus ſupabat.Hoc igitur a me efflagitas?Nec te pudet cui mol-
liciẽ obiicias:ab eodẽ ut Philippi copias ſolus ꝓfligaret:requirere?& id uerbis dũtaxat ? Nam
cuius alterius habeã poteſtatẽ(nõ enim animi cuiuſq̃)nec eoꝝ qui in acie ſteterũt:nec belli gerẽ
di:cuius a me rationẽ repoſcis.At oĩa quæ ſpectãt ad oratorẽ ꝑſcrutare diligẽter : eoꝝ examen
ſubire nõ recuſo.Quæ ergo ſunt illa?uidere res incœptas:& ꝑſentire:& prædicere . Hæc a me
facta ſunt.Et inſup in oĩbus rebus agẽdis tarditatẽ:pigriciã:ignorationẽ:cõtentiones:quæ cõia
ciuitatũ & neceſſaria ſũt uitia:quantũ poteſt cõpeſcere:& concordiã:amicitiam : & ad illa quæ
agẽda ſunt animationẽ inducere:hæc oĩa a me facta ſunt:nec repietur quicq̃ a me eſſe ꝑtermiſ-
ſũ.Siqs ergo petat:qbus rebus Philippus potiſſimũ res cõfecerit:oẽs dicẽt exercitu & largitio-
ne:atq; corruptela eoꝝ qui rebus ꝑerant.Ego nec copiaꝝ dominus eram:nec dux . Itaq; nihil
hoc ad me.In largitione uero & corruptione ipſe Philippũ ſupaui. Vt enim qui pecuniam dat
uincit eũ qui accæpit : ſic qui nõ accipit:nec corrũpi ſe pmittit:uictor eſt pollicentis.Quare ui-
ctrix eſt ciuitas quo ad me.Quæ igit a me geſta ſũt:ob quæ hic iuſte de me illa ſcribere potuit:
hæc ſũt:& eiuſmodi multa.Quæ uos oẽs nouiſtis:ea iam dicã.Poſt pugnã ſtatim : qũ populus
Atheniẽſis oĩa quæ ego feciſſem cognoſceret in ipſa formidine & grauiſſimis tꝑibus:quo ĩ tꝑe
nõ ingratos erga me fuiſſe multitudinis aĩos:mirandũ uidetur.Primũ quidẽ circa tutelã ac de-
fenſionẽ urbis:meas ſentẽtias ſecutus eſt.Et quæcũq; ad cuſtodiã facta ſunt:deputatio cuſtodũ:
foſſæ:atq; aggeres:reparatio muroꝝ:meis decretis ſũt facta.Deinde qum uiꝝ ad rem frumẽta
riam deputaturus eẽt:me ex oĩbus elegit.Et poſt hæc qum maliuoli mei in unũ coacti accuſati
ones:delationes multifariã aduerſus me ĩduxiſſent:nõ per ſe ab initio:ſed per eos:per quos la
tere exiſtimabãt.Scitis enim ac meminiſtis:ꝑmis illis tꝑibus ſingulis fere diebus ad iudiciũ me
traxiſſe:nec Soſidei amentiã:nec Philocratis calumniã:nec Dionde Melaniq; inſaniã aduerſus
me intẽtatã reliquiſſe.In quibus oĩbus maxime deoꝝ: deinde etiã ueſtro ac reliquoꝝ Atheniẽ-
ſium beneficio ĩcolumis euaſi.Iuſte.hoc enim ueꝝ eſt:& pro iuratis:& pro iuramẽta ipſa agno
ſcẽtibus iudicibus.Qum ergo accuſatũ me abſoluiſtis:& qntam partẽ ſentẽtiaꝝ accuſatoribus
nõ dediſtis:tũc iudicaſtis me optime rẽp.geſſiſſe.In qbus uero ipſe accuſatus euaſi : iuſta me &
ſuadere:& decernere oſtẽdiſtis.In quibus autẽ poſitis calculis liberaſtis:iuſte ac incorrupte me
in publicis rebus uerſatũ cõfeſſi eſtis.Quæ qum ita ſint:qd rebus a me geſtis nõmẽ imponere
debuit Ctheſiphon?nõne id qd populũ uidebat impoſuiſſe?nõ id qd iurati iudices?nõ id qd
ueritatẽ apud oẽs certã?Ita inquit.Verũ illud Cæphali illud præclatũ: nunq̃ accuſatũ fuiſſe : &
fortunatũ certe.Sed tamen is qui ſæpe accuſatus:nunq̃ cõuictus fuit:quid ob eam rẽ magis re-
prehẽdi poteſt?Et ſi quantũ ad hũc attinet uiri uiri Atheniẽſes:inſtar Cæphali mihi gloriari li-
cet:nunq̃ enim ab iſto accuſatus ſum:itaq; quantũ in te eſt:nihilo deterior ego ciuis q̃ Cæpha-
luſ.Multifariã uero huius amentiã & calumniã uidere licet:maxime tamẽ in iis quæ de fortuna

diſſuerit. Mihi autẽ quicũq; homo homini fortunã obiectat: deſipere uidetur. Nam qum is qui
optimo ſtatu ſe putat: & ꝓſperam habere fortunã: nihil exploratũ habeat: an uſq; ad ueſperas
talis fortuna ſit: qua ratiõe de ea loqui: aut alteri obiectare põt? Qum itaq; iſte ꝑter alia mul/
ta: de his quoq; ſupbe locutus ſit: uidete & animaduertite: quãto uerius & humanius a me dice
tur. Ego quidẽ fortunã huius urbis bonã eſſe arbitror: & hoc uideo & per Dodoneum: & per
Apollinis pithii oraculũ nobis eẽ reſpõſum: omniũ tamẽ hominũ in hoc tẽpore durã atq; gra
uem eẽ dico. Nam qs græcoꝝ: aut qs barbaroꝝ nõ multis ꝑmitur calamitatibus? Quod ergo
cõſilium cœpimus laudabile: ꝙq; melius nobiſcũ actũ ſit: q̃ cũ aliis græcis: qui ſi nos deſertos
atq; abiectos relinquerẽt: ſe beatos fore arbitrabãtur: bonæ fortunæ huius urbis ĩputo. Quod
uero aliqd aduerſi paſſi fuimus: nec oĩa quæ optauimus: nobis euenerũt: cõis fortunæ omniũ
partẽ aliquã hũc populũ ſuſcæpiſſe reor. Priuatã uero meã: & uniuſcuiuſq; ueſtrũ fortunã: in ꝑ
uatis rebus cõſiderandã cẽſeo. Hæc mihi de fortuna uidẽtur: & iuſte quidẽ (ut opinor) quæ uos
quoq; ſentire credo. At iſte priuatã fortunã meã publica ciuitatis fortuna ualidiorẽ eſſet dicit:
paruã atq; tenuẽ: magna atq; potẽti. Quõ hoc fieri põt? Atqui ſi ꝓtinus fortunã meã examina
re uis Aeſchines? cũ tua ipſam cõpara: & ſi tuã reperies inferiorẽ: mihi meam ne obiicias. Vide
igitur ſtatim ab initio ætatis: nec me per deũ quiſq̃ leuitatis accuſet. Nam mihi quidem nec ob
pauptatem qs uituperãdus uidet: nec ob diuitias extollẽdus. Verũ huius maledicta atq; calum
niæ me cogũt in huiuſmodi ſermones deuenire: qbus quantũ potero tẽperate utar. Mihi ergo
cõtigit Aeſchines in pueritia quidẽ cõſtituto ad magiſtros (ut cõgruebat) ꝓficiſci: & cũcta habe
re: quæ habẽda ſunt ei: qui nihil turpe facturus ſit ꝓpter egeſtatẽ. Poſt pueritiã uero cõſequen/
ter apparatus ludoꝝ: ꝑfecturas nauiũ ꝑbere: nullo honeſto munere: nec publice: nec priuatim
carere: ſed & reip. & amicis utilẽ eſſe. Deinde qum ad rẽp. me cõtuli: eiuſmodi partes eligere:
atq; ita me gerere: ut & a ciuibus & a cæteris ſæpe ſim corona donatus: nec uos inimici auſi fui
ſtis mea facta ut nõ recta accuſare. Hæc mihi fortuna fuit: & qum multa ꝑterea dicere poſſim:
ꝑtermitto: ueritus ne comemoratio huiuſmodi rerũ aliqd inuidiæ cõtrahat. At tu glorioſe uir
qui cæteros ſic inſolẽter faſtidis: cõpara cũ his fortunã tuã. Puer ſũma cũ egeſtate educatus es:
una cũ patre: ludo litterato aſſidens: atramentũ terẽs: ſubſellia purgãs: pedagogũ exornãs: ſer/
ui inſtar: nõ liberalis adoleſcẽtis. Vir deinde factus matri initiãti codices lectitabas: & ĩ aliis hu/
iuſmodi auxiliũ ꝑbebas: per noctẽ neruis & carceribus intẽtus: eos qui initiabãtur luſtrabas: pi
lis abſtergẽs: ac dicere illos iubẽs effugi malũ: inueni melius. Qua in re nullũ unq̃ ꝑclarius ulu/
laſſe gloriari ſolebas: qđ ego uerũ arbitror. Nõ enim exiſtimetis ipſum ita grãde ꝓloqui: ulu/
laſſe aũt nõ ĩmẽſum. Die uero pulchros thyaſos ꝑ uicos agebas: Maratho & Papio coronatos
agnos cõtrectanſ: & ſup caput extollẽs: clamnãſq; euiſaui: & ſalutãs hyis attis: attis hyis: dux ꝑn
ceps: ædifer: & lucernifer ab aniculis appellatus: mercedẽ pro iis capiẽs enthrypta & neilata: in
quis fortunã tuã recte beatã dicet. Qum uero ĩter populares ſcriptus es: quoquo modo id fue
rit: nam hoc ꝑtereo. Sed qum ſcriptus cõfeſtim ꝑclarũ opus tibi aſſumpſiſti: ſcribã eẽ ac mini/
ſtrũ magiſtratuũ. Vt uero tandẽ ab hoc quoq; emerſiſti: oĩa de qbus alios accuſas: ip̃e operatus
nihil prioꝝ deturpaſti poſteriori uita. At Simido & Socrãti hiſtrionibus quos raucos appella
bant: locatus: tertias partes fabularũ agebas: ficus: uuas: oliuas ex alienis fundis colligẽs: plura
accipiẽs uulnera: q̃ qũ de uita & ſanguine certat. Erat enim bellũ uobis cũ ſpectãtibus infeſtum
a qbus qum plura accæpis uulnera: recte eos qui ĩſueti ſunt huiuſmodi periculoꝝ ueluti igna/
uos timidoſq; contẽnis. Sed relictis quæ de pauptate dici poſſũt: ad crimina eodẽ ordine: quo
tu nuper: ꝓficiſcor. Tales enim partes reip. tibi aſſũpſiſti: qum tandẽ ea tibi quoq; euenit: per
quas florẽte quidẽ patria: & incolumi rep. inſtar leporis tibi erat uiuendũ: timide: trepide: ſem
per expectãdo plagas pro iis quæ cõſcius tibi eras nefarie ꝑpetraſſe. Euerſis aũt cæteris: alacrẽ
te oſtẽdiſti. Atqui qſqs mille ciuibus necatis: fiduciã aſſũpſit: qd ab illis q ſupſũt: dignus eſt pati
Multa ꝑtereo q̃ referre poſſũ. Nõ. n. cũctas ſordes iſtius q̃s oſtẽdere ualeo: dicẽdas eẽ reor: ſed
eas dũtaxat: q̃ ſine uerecũdia mea referre poſſũ. Cõpara igit tuã ac meã uitam benigne & ſine
acerbitate Aeſchines: deinde ab iſtis pete utrius fortunã mallẽt. Docuiſti lr̃as? ego didici. Initia
ſti? ego initiatus fui. Saltaſti ĩ choreis? ego choreã dedi. Fuiſti ſcriba? ego magiſtratũ geſſi. Fuiſti
actor? ego ſpectator. Cecidiſti? ego exibilaui. Pro hoſtibꝰ oĩa geſſiſti ĩ repu. ego ꝓ patria geſſi
Omitto alia. At nũc hodie de corona certo: qđ eſt nihil per iniuriã unq̃ feciſſe. Tu uero Syco
phãta nũc qdẽ appares? Sed utrũ decetero id tibi facere liceat: uel oĩno nõ liceat: piclitaris: ꝑcla
ræ nimirũ fortunæ uir: meã ut improbã accuſat. Age nũc mihi recita numerũ meoꝝ teſtimoni
oꝝ: quæ ipſe ſubii. Affer tu nũc Aeſchines carmia: quæ diſꝑdebas. Adſum a mortuoꝝ latebris
& tenebrarũ portis. Et ſcis me nunciũ nolle afferre malũ. Te malũ male ꝑdant: potiſſimũ dii:
deinde iſti omnes reprobum ciuem: ac patriæ proditorem. Recita teſtimonia. TESTIMO/

NIA. In publicis quidem huiuſmodi fui uiri Athenienſes: in priuatis autẽ ſi nõ omnes ſcitis me humanũ: & indigẽtibus me liberalẽ fuiſſe: ſileo: nec quicq̃ dicerẽ: aut teſtimoniũ ullũ ſuper hoc afferrem: nec ſiquos ab hoſtibus mea pecunia redemi: nec ſi quibuſdã dotes cõtuli ad filias nu-
bẽdas: nec aliud quicq̃ tale. Nam ego ſic putaui: ac puto: beneficiorũ memoriam illũ per om-
ne tẽpus obſeruare debere: qui accipit: eũ autẽ q̄ cõtulit: ſtatim obliuiſci: ſi uelit hic boni uiri: il-
le nõ parui aĩ opus efficere. Propriorꝝ enim beneficiorꝝ cõmemoratio parꝝ ab impropatione
Nõ ergo faciã tale quicq̃: neq; adducar. Sed qualiſcũq; ſit de his opinio: ſatis ẽ. Volo aũt p̄uatis
omiſſis pauca inſup̄ de publicis referre. Si potes Aeſchinẽ hominẽ ſub ſole nominate: qui ſine
offenſione aliqua euaſerit: prius a Philippi: nũc ab Alexandri potẽtia: aut græcũ: aut barbarũ:
concedam tibi meam ſiue fortunã: ſiue infortuniũ appellare maius: omniũ malorum cauſam
fuiſſe. Sin autem ex his qui me nunq̃ uiderũt: nec uocem meã audiuerunt unq̃: multi multa ac
grauia fuerunt perpeſſi: nec ſolum homines: uerũetiã urbes & nationes: quanto iuſtius & ueri-
us cõmunem omniũ fortunam: & tempeſtatem quandã aduerſam conuenit cauſã putari? Tu
ergo his omiſſis me q̄ apud hos in rep. uerſatus fuerim accuſa: & ſi intelligiſ ſi nõ totũ partem
huiuſce criminis ad omnes: & ad te maxime pertinere. Nã ſi ego dux atq; impator ex me ipſo
conſiliũ rerum agendarũ cæpiſſẽ: poſſetis uos cæteri oratores me iuſte accuſare. Si uero in cõ-
cionibus ſemp̄ aderatis: & reſp. efflagitabat: ut cõmunis utilitas in cõſultatiõibus quæratur &
hæc omnibuſ utilia uiſa ſũt: & tibi maxime: qui non beniuolentia aliqua erga me: mihi gloriã
& honorẽ conceſſiſtis: quæ omnia in iis aderãt: quæ per me tunc gerebantur. Sed ueritate ipſa
cõuictus: qũ nihil oſtendere poſſes utilius: quãta nũc tua iniuria eſt in illis rep̄hendẽdis: quibus
nihil meliuſ tũc excogitare potuiſti? Apud cæteroſ omneſ uideo hæc quodãmodo definita &
ordinata eſſe. Deliquit quis ſua ſpõte uolẽſq;: ira & pœna aduerſus ipſũ. Errauit quis inuitus:
uenia pro pœna aduerſus ipſum. Nec deliquit: nec errauit: ſed qũ utilitatẽ ſequeretur: una cũ
omnibus aſſequi nõ potuit: nec rẽ (ut cupiebat) perficere: nec improperandũ eſt huic: nec ob-
iurgandũ: ſed condolendum. Hæc manifeſta ſunt: nec legibus dũtaxat: uerũetiam natura ipſa
nõ ſcriptis legibus humanis moribus diffiniuit. Aeſchines uero cũctos legibus homines crude
litate atq; calũnia uſq; adeo ſuperauit: ut de iis etiã quæ ipſe ut infortunia cõmemorat: me ac-
cuſare nõ uereatur. Et præter cætera quaſi ipſe ſimpliciter: & cũ beniuolẽtia cuncta dixiſſet: ca
uere: & obſeruare monet: ne uos decipiã: aut ſubducã: aſtutum: magũ: & ſophiſtã & huiuſmo-
di appellãs: Velut ſiquis primus quod ſibi cũ alio ſit dicẽs nolit amplius perquiri: quis ſit ipſe
qui talia narrauit. Ego aũt ſcio uobis omnibus iſtũ probe eſſe notũ: atq; intelligere multo ma-
gis ipſi: q̃ mihi iſta cõuenire. Et ſimul illud ſcio: meum ingenium (ſiquod eſt) q̃q̃ ego uideo di-
cẽdi uim atq; robur maxime in iis qui audiũt conſiſtere: nã ut uos beniuoli eſtis: utq; uerba cu-
iuſq; ſuſcipitis: ita is qui dicit: ſapere uidetur. Sed tamẽ ſi penes me facultaſ eſt aliqua: hãc inue-
nietis publicis ueſtris cõmodis ſemp̄ intentã fuiſſe: contra uos autẽ nunq̃: nec priuatim quidẽ:
hunc uero non ſolũ hoſtibus fauiſſe: uerũetiam ſiquis in aliquo unq̃ offendit: aduerſus eum
uim ſuã exercuiſſe. Non. n. iuſte: nec ut cõmodũ eſt reip. ea utitur. Nam neq; irã: nec inimiciti-
am: nec aliud quicq̃ eiuſmodi bonus ciuis obiicere debet iudicibus: nec horꝝ gratia uos audire
ſed ab huiuſmodi perturbationibus uacuũ ſe præſtare. Si uero fieri nõ poteſt: quietẽ ac tole-
rantiã habere. In quibus ergo uehementẽ ſe præſtare bonũ ciuem & oratorẽ decet? in quibus
periculũ reip. uerſatur: in quibuſ quid cũ aduerſariis reip. controuerſiæ eſt. Hæc & generoſi &
boni ſũt ciuis. Nullius autẽ publici criminis: nec etiã priuati: pœnas a me exigere: nec reip. cau-
ſa: nec ſua: ſed coronæ ac laudis accuſationẽ inducere: & tantũ ſtudium in hoc ponere: priuatæ
inimicitiæ: & inuidiæ: & puſillanimitatis ſignũ eſt. Quod uero omiſſo contra me certamine:
huic diẽ dixit: mirabilẽ habet improbitatẽ. Mihi quidẽ uideris Aeſchines ea de cauſa hoc certa
men induxiſſe: ut contentionẽ uocis & clamoris induceres: nõ ut cuiuſq̃ delicti reũ poſtulares.
Eſt autẽ nõ uox neq; tonus in oratore laudabilis: ſed idẽ uelle quod ciues ſui: & eoſdem dilige
re: atq; eoſdẽ odio habere: quos patria ſua. Nam qui ſic animatus eſt: per beniuolentiã cuncta
exequetur. Qui uero illis quos patria timet: obſequẽdo adheret: non idẽ ſentit cũ populo: ita
q; nec idẽ ad ſecuritatem ſuam expectat. Sed uides me idẽ uoluiſſe: atq; idẽ in cunctis quæſiſſe
cum iſtis. Non igitur & tu idẽ feciſti? Et qua ratione? qui confeſtim poſt pugnã legatus profe-
ctus es ad Philippũ: qui auctor per id tempus fuerat cladiũ noſtrarũ: qum ſuperiori tempore
ſemper negaſſes quicq̃ tibi cũ illo eſſe: ut omnes norunt. Quis eſt decæptor patriæ: an non iſt
qui ea nõ dicit: quæ ſentit? Cui præco rite maledicit: nõne huic ipſi? Quid turpiuſ oratori po-
teſt obiici: q̃ nõ eadẽ ſentire ac proferre? At tu eiuſmodi reperiris. Deinde hiſce audes: aut ho-
rũ ora uultuſq; aſpicere? An non putas iſtos cognoſcere quis tu ſis? An tantũ ſomnũ obliuio-
nẽq; cæpiſſe: ut nõ repetãt uerba quæ in concionẽ apud populũ feciſti: obſecrando atq; abiu-

rando:nihil te negocii cũ Philippo habere:ſed me hãc aduerſus te calumniã ob priuatã ſimul-
tatẽ falſo induxiſſe. Deinde ut de cõflictu renunciatũ eſt:nihil omnino ueritus amicitiã:ac ho-
ſpitalitatẽ Philippi apertiſſime fatebare:ad mercedẽ & locationẽ hæc nomina traducens. Nã
ex q̃ iuſta & honeſta cauſa Aeſchini Leucotheæ Tympaniſtriæ filio:hoſpes:aut amicꝰ:aut no-
tus erat Philippus? Equidẽ nõ uideo. At mercede corruptus illi obſequebare. Sed q̃q̃ ſic aper-
te in illis quæ acciderũt deprehẽſus proditor:& cõtra ſeipſũ deprecatus:mihi illa obiicit? quo
rũ cauſã magis apud omnes:q̃ apud me fuiſſe reperietis. Multa & egregia hæc ciuitas Aeſchi-
nes me auctore ſuſcæpit:perfecitq;:pro quibuſ nõ ingratam ſe præſtitiſſe hinc intelligi poteſt
ꝙ qum eligeretur a populo qui eos:qui inacie ceciderãt:laudaret: non te elegit: quãq̃ ſonora
uoce:nec Demadem:qui nuper fuerat auctor pacis:neq; Agemona:nec aliũ queñq̃ ueſtrũ:ſed
me. Quo in tẽpore:qũ tu atq; Pytocleus impudẽter atq; acerbe contra me niteremini: & hæc
eadẽ obiiceretis:etiam magis me tunc populus elegit. Cuius rei cauſã non ignoras tu quidem:
attamen dicã. Ambo.n.nouerant homines:meã ſcilicet beniuolentiam:ac diligentiã:quam in
rebus agendis proſpexerãt:& ueſtrã prauitatẽ. Quæ.n.iurati incolumi rep. negauiſtis:hæc in
aduerſis tẽporibus fatebamini. Qui ergo in cõmuni calamitate audaciã ſumebant:ea quæ ſen
tirent ꝓfitendi:hoſtes quidẽ iam antea:ſed tunc demũ manifeſtoſ putauerunt. Deinde congru
um illis uiſũ eſt:eum qui defunctos laudaturus eſſet:nec domeſticũ:nec complicẽ eorum:cum
quibus pugnauerant fuiſſe:nequi illic lætati feſtũ ſuper cõmuni græcorũ calamitate cum inter
fectoribus celebraſſent:huc reuerſi honorẽ haberent. Nec qui ficta uoce illorũ fatũ:ſed q reue
ra cõdolerent. Hæc.n.cernebant in ſe:atq; in me eſſe:in uobis autẽ nequaq̃. Ea de cauſa me ele
gerunt:nõ uos. Nec populus quidẽ ita. Defunctorũ autem parentes fratreſq; a populo funeri
præfecti:aliter cenſuerunt. Sed qũ epulũ daturi eſſent:quod apud maxime neceſſariũ defũcto
rum fieri cõſueuit:id apud me fieri uoluerunt:merito id quidẽ. Nam genere ſinguli eorum ſin
gulis erãt propinquiores:q̃ ego. Cõmuniter uero omnibus nemo erat ꝓpinquior. Cui.n.ma-
xime illos uincere conducebat:is maiorẽ dolorem pro eorũ indigno caſu ſuſcipiebat. Recita
epigrãma:quod publice hæc ciuitas tũc inſcribi iuſſit:ut uideas Aeſchines te in hocipſo ingra-
tum:atq; improbũ:& ſceleſtũ eſſe. Dic. EPIGRAMMA. Audis Aeſchines in hocipſo epigrã-
mate omnia perficere:& in nullo falli deorũ eſt:,nec in cõſultore aut pugnãtibus uincendi:aut
perficiẽdi eſſe poteſtatẽ:ſed in diis ipſis. Quid ergo peſſime mihi obiicis? quid ais? quæ in tuũ
ac tuorũ caput dii cõuertantur. Sed qũ multa aduerſus me per calumniam mentitus ſit: unum
tamen imprimis admiror:ꝙ de caſibus reip. mẽtionẽ faciens:non ut beniuolũ:nec ut iuſtũ de-
cuit ciuẽ:mentem ſeruauit:nec lachrymas emiſit:nec animo cõmotus eſt:ſed uocẽ extollẽs : &
fauces aperiens:dũ me accuſare putat:ſe palã fecit in grauibus reip. caſibus nequaq̃ ut cæteros
ciues afflictũ fuiſſe. Atqui eũ qui ſe profitetur legum ac reipu. curã habere (ut iſte nunc facit) &
ſi nihil aliud:at certe hoc habere conuenit:ut iiſdẽ rebus gaudeat:iiſdẽq; doleat:quibus & ciui
tas. Nec in repu. ſentire cũ hoſtibus:quod te feciſſe manifeſtũ eſt:me accuſãs:ac ꝓpter me aſſe-
rens ciuitatẽ in has incidiſſe calamitates:licet antea q̃ ego ad remp. me conferrẽ:auxilium præ
ſtare græcie cœpatis. Qum ſi hoc mihi a uobiſ tribueret per me factũ fuiſſe:ut aduerſus domi-
natũ:qui in græcis inſtituebatur:uos opponeretis:maius mihi munus cõcederetis:q̃ ullis unq̃
cõceſſiſtis. Sed nec ego hoc dicerẽ:iniuriã.n.uobis facerem:nec uos ut puto concederetis. Hic
autẽ ſi recte facere uoluiſſet:gratia inimiciciæ meæ præclariſſimã partẽ gloriæ ueſtræ non de-
traxiſſet. Sed quid iſta reprehẽdo? qũ alia longe duriora mẽtiri aduerſus me auſuſ ſit. Qui me
partes Philippi:o terra:& dei:ſecutũ eſſet affirmat. Quid iſte iã non affirmaret? Sed per iouẽ
& deos omnes ſi cõtẽtionibus & calumniis de medio ſublatis:recte cõſiderare uolumus : qui
ſunt ii:quibus merito & iuſte iſtarũ rerum quæ euenerunt:cauſã uniuerſi aſcriberent:in quali-
bet ciuitate huius ſimiles:nõ mei reperietis:qui qũ res Philippi paruæ atq; infirmæ eſſẽt:ſæpe
prædicẽtibus nobis:& cohortantibus:atq; monentibus:gratia priuati lucri cõmunia cõmoda
abiecerũt:ciues ſuos decipiẽdo:atq; corrumpẽdo:quoad ſeruos efficerẽt. Theſſalos:Daochus
Cyneas:Thraſylaus. Archades:Cercida Hieronimus:Eucampida. Argiuos:Mirtis:Telodaus:
Niciaſſeus. Clienſes:Euxitheus:Cleotimus Ariſtechimus. Meſſanios:Neo & Thraſylothus fili
ade ſceleſti filii. Sicynios Ariſtratus Epicares. Corinthios:Dinarchus. Megarẽſes:Pthiodorus:
Elixus:Perilaus. Thebanos:Timolaus:Theogiton:Onometa. Euboios:Hipparchus: Clytar-
chus. Dies me certe deficeret:proditorũ nomina referrentẽ. Hi omnes ſunt uiri Atheniẽſes:eo
rũdem in ſuis ciuitatibus conſiliorũ:quorũ iſti apud uos:homĩes ſceleſti atq; nefarii:euerſores
rerũpublicarum:libertatis proditores:primũ Philippo:nunc Alexandro ſubiiciẽtes:qui uen-
tre ac turpiſſimis uoluptatibus fœlicitatẽ diffiniunt:qui libertatem & nemini ſubeſſe:qui prio
ribus græcis finis atq; norma erat bonorũ:euerterũt. Huius igitur fœdiſſimæ atq; iſamis con-

ſpirationis:immo uero o uiri Athenieſes proditionis:ſi uera fateri nolumus græcorū liberta-tis:& hæc ciuitas apud omnes expers fuit:meis cōſiliis fræta:& ego apđ uos. Deinde petis ob quā uirtutem me ducā honore dignū. Ego iam tibi dico:ꝙ iis qui in rebuſpublicis græcorum uerſabantur uniuerſis a te incipiēdo corruptis:ante a Philippo:nūc ab Alexandro:me neq; tē pus:neq; humanitas uerborū:nec pollicitationū magnitudo:nec ſpes:nec metus:nec aliud qc q̄ adduxit unq̄:ut ea quæ recta forēt:& utilia reip. arbitrabere:omitterē. Nec inſtar ueſtrū quē admodū ſtatera ad eā partē:unde capit inclinans conſului: ſed omnia integre ſine ulla animi corruptela pegi:& in maximis ætatis meæ rebus uerſatus:iuſte & incorrupte me geſſi. Horū gratia me honore dignor. Nā muralis iſta opera:quā tu calūniari niſus es:& agger eſt:& ipſa quidē(ut arbitror)digna græciæ atq; laudis:nec aliter dici poteſt. Res tamē a me in rep. geſtas longe antepono. Non.n.lapidibus urbē:nec lateribus muniui:nec hoc magnifacio. Sed ſi me am munitionē pſcrutari uis:reperies arma:urbes:loca:portus:naues:equos:& milites pro his pugnātes. His ego præſidiis athicā muniui:quantum humano cōſilio poſſibile fuit. Hoc ego muro regionē firmaui:nō Pyræi dūtaxat:neq; urbis ambitū. Neq; cōſiliis Philippi ſuperatus ſū:neq; apparatu belli: ſed ſociorū duces:atq; copiæ fortuna ſuperati ſunt:ut clare & manife-ſte oſtendā. Nam ſic conſiderate. Quid oportuit bonū ciuē facere?quid eum qui cū omni ſtu-dio:diligētia:iduſtria pro utilitate patriæ uigilaret?Nōne a mari quidem Euboiam quaſi pre-ſidiū Athicæ firmare?A meditaranea uero regione boetiam?Ab ea rurſus parte:quæ in Pelo-pōneſū ſpectat ea loca:quæ ſūt confinia?Non ſic prouidere:ut importatio frumēti non impe-diretur:ſed uſq; ad pyræū pertute deuehi poſſet. Non alia monēdo: decernēdo:auxilia mittē-do conſeruare:ut Procōneſū:Cherroneſū:Tenedum:alia ad ſocietatē amicitiāq; inducere: ut Bizanciū:Abidum:Euboiā:& hoſtiū copias magna ex parte adimere:atq; adēptas nobis con-iungere. Hæc omnia facta ſunt decretis meis:quæ ſiquis ſine inuidia cōſiderare uelit: reperiet ſūma cū iuſticia geſta:& cuiuſq; rei gerēdæ tempus nec relictū:nec ignoratum: nec proditum a me fuiſſe:& quantū in unius hominis uim atq; ingeniū cadit:nihil omiſſū. Si uero aut dei cu-iuſdā:aut fortunæ uis:aut ducū ignauia:aut proditorū malignitas:aut hæc ſimul omnia obſti-terunt:& cuncta euerterūt:quænā aduerſus Demoſthenē reprehēſio:aut iuſta querela eſſe po-teſt?Si q̄lis ego Athenis:talis in unaquaq; ciuitate ſui ordinis unus uir fuiſſet:imo ſi unū Theſ-ſalia:unū archadia:idem mecū ſentientem habuiſſent:nullus græcorū nec intra Pylas:nec ex-tra in præſētes calamitates incidiſſet: ſed omneſ liberi & beati:& ſine ulla moleſtia:ſuaſ quiſq; patrias colerēt. Huius tanti ac tā ampli doni uobis Athenieſibus gratias habētes propter me. Vt autē uideatis me pro magnitudine rerū geſtarū(ut declinem inuidiā)partius uerbis uti: ca-pe iſtā & lege numerū auxiliorū ex meis decretis. AVXILIA. Hæc facere Aeſchines bonū ciuē oportet:quibus fœliciter confectis:primarius in ciuitate merito eſſe poſſit. Aliter uero proce-dentibus:laudē tamē aſſequatur:ꝙ ea geſſit:quæ nemo poteſt reprehendere:ſed fortunā accu ſare:quæ ſic res turbet humanaſ. Non mehercule cōmoda publica prætereuntē:& ſe hoſtibus mercede adiicientē: tpibus inſeruire:atq; aduerſus eū qui pro dignitate ciuitatis monēdo & ſcri bēdo inſiſtat?Horū gratia obtrectare:ac ſiquis in aliquo priuatim offēdat:memoriter id ob-ſeruare. Nec ociū agere indignū atq; infenſū:ut tu plærūq; facis. Eſt.n.ocium iuſtum atq; utile reip. qđ multi ueſtrū uiri Athenienſes agunt:ſed nequaq̄ iſte huiuſmodi agit quietem. At quā-do libet ab rep. ſe diſiūgens(frequenter autē id libet)obſeruat:qum uos alicuius ſatietas habet aut aduerſi quid acciderit:mlta uero ſūt humana. Deinde in hoc tēpore ſubito rhetor ex quie te uelut pcella quædā apparet:& uoce exercitata:uerbiſq; ex meditatione collectiſ:claro & in fracto ſpiritu orationē extollit:inutilē quidē:atq; infructuoſā reip. ſed ad infortuniū alicuius: priuatim & ad publicā ignominiā. Atq; huiuſce meditatiōis diligentiæq; Aeſchines ſiquidem iuſtæ:& pro republica ſuſciperes:fructus uberrimos: atq; honeſtos extare oportebat:ſocieta-tes urbium:redditus pecuniarū: conſtitutionem fori:poſitionē utilium legum: impedimenta contra eos qui hoſtes ſūt iudicati. Hæc omnia ſuperioribus tēporibus efflagitabātur. Deditq; præteritū tēpus multas probationes:& quaſi teſtimonia uiro bono:in q̄bus tu nullatenus fuiſ ſe appares:nō primus:non ſecundus:non tertius:nō quartus:nō quintus:non ſextus:nō quo-tuſcūq;. Nam quæ ciuitatis potētia per te creuit?quæ ſocietas opera tua facta eſt?Quod auxi-lium?quæ gloria?quæ legatio?quod opus per quod ciuitas ſit honorem aliquem conſecuta? Quid ex omnibus:quibus præfuiſti domi:uel foris per te commendatum?quæ nauis?quæ te la?quæ naualia?quæ murorum confectio?quæ equeſtres copiæ?quid deniq; ex omnibus per te utiliter factū?Quod auxiliū paupibuſ:aut locupletibus ad cōtributionē pecuniaꝝ attuliſti? Nullum pfecto. At ſi nihil hoꝝ:ſaltē ſtudiū & beniuolētiā. Vbi?quando?qui o cunctoꝝ flagi-gitioſiſſime cæteris qcūq; unq̄ pulpitū aſcēderūt:ad ſalutē largiētibus:& nouiſſime Ariſtonico

coactā pecuniā in multis:nec tunc quidem adeſſe:nec quicq̃ largiri uoluiſti. Quod ut facias:ne
quaq̃ iopia adduceris:q ultra qnqꝫ talēta ex Philonis hæreditate: duo uero talēta a ꝓncipibus
tribuū accæpiſti:ut pro ea mercede legē naualis præfecturæ euerteres. Sed ne uerbū ex uerbo
trahēs ex præſenti me auferā:iſta relinquā:qđ tamē nō ꝓpter egeſtatē nō dediſti:manifeſtū eſt
ſed qa noluiſti quicq̃ a te cōtrarium fieri iis:quibus in rep.negociū faceſſis. Quibus igitur in re
bus:& quādo promptus atqꝫ inſignis es? Quotiēs aduerſus iſtos qd eſt dicendū. Tūc ſplēdidiſ
ſimæ uocis:ſūmæ memoriæ:optimus hiſtrio tragicus Theocrines. Ac etiā claroꝝ uirorū men
tionē facis:& recte quidē. Non tamē æquū eſt uiri Athenieſes me nunc uiuentē cum illis cōferri
qui mortui ſunt:qbus beniuolētia affecti eſtis. Quis enim ignorat aduerſus oēs qui uiuūt:eē ali
quid:aut maioris:aut minoris inuidiæ? Defunctos uero nec inimici quidē iam oderunt. Qum
igitur ita ſit natura rerū:cum illis qui ante me fuerūt:ego cōparer:atqꝫ inſpiciar? Nequaq̃. Nō
enim iuſtū aut æquū Aeſchines:ſed tecū & cum quouis eoꝝ:qui te ſectātur uiuentiū. Et ſimul il
lud cōſidera:utrū præſtet ob ſuperioꝝ excellētia merita:quæ ſupra modū ſunt:nec ſatis de eo
rum magnitudine dici pōt:præſētis tēporis merita aſpernari? An oibus qui beniuole qd agūt:
humanitatē & honorē ipartiri? Quod ſi hoc quoqꝫ dicendū eſt:mea opera & uolūtas in repu.
ſiquidē recte inſpiciat:eiuſdē ꝓpoſiti cū illis ſūmis uiris repietur. Tua uero ſimilis & idem ſenti
ens cū iis:qui his præſtātibus uiris tūc obtrectabāt. Cōſtat enim & illis tēporibus fuiſſe aliquos
detractores:qui tunc uiuētes reprehēdebant:& ſupiores laudabāt:idē qđ tu nūc per inuidiā fa
ciētes. Poſt hæc dicis:me illis nequaq̃ ſimilē eſſe. Tu uero ſimilis Aeſchines? uel frater tuus? aut
alius quiſq̃ oratoꝝ? Equidē nullū eſſe puto. Sed cum his qui uiuūt:bone uir:ne aliud dicā:uiuē
tem cōpara:& cū iis qui eiuſdē ætatis ſunt: ut poetas & choros:ut pugiles:ut cætera oīa. Phila
mon:nō quia Glauco Cariſtii filio:& qbuſdam aliis ſupioris tēporis athletis īfirmior erat:īco
ronatus ex olympia abibat:ſed ꝙ oīum q ſecū cōgreſſi fuerāt: optime pugnauerat coronabat
& uictor ꝓnūciabat. Et tu eodē modo ad eos qui nūc ſūt oratores:me īſpice. Ad te. Ad quēlibet
oīum (nemini.n.cedo) quoꝝ tūc qū ciuitas ſuo arbitrio de rep.cōſultabat:& charitaſ patriæ cer
tatim excitare debebat:optima dicere uidebar:meis decretis:meis legibus:meis legatiōibus cū
cta gerebātur: ueſtrū autē nullus apparebat:niſi qum qd contra iſtos agendū erat. Poſtq̃ uero
euenerūt:quæ nunq̃ euenire debuerūt:nec cōſultoribus iam opus erat:ſed ſatellitibuſ:ꝑcæptis
obtempantibus:& cōtra patriā pro mercede ſe locātibus:& aſſētādi erat certamē:tūc tu & iſto
rū quiſqꝫ magnus & clarus:ego autē impotēs fateor:ſed magis beniuolus his q̃ uos. Duo hæc
uiri Athenieſes habere oportet mediocrē ciuē (Sic enim de me ipſo ſine inuidia dicere poſſe ui
deor) ut in poteſtate quidē generoſi ac principis animū:in omni autē tēpore:omniqꝫ actiōe be
niuolentiā in rep.cōſeruet. Huius enim natura domina eſt:potētiæ uero atqꝫ opum alia. Hanc
apud me ſemp fuiſſe repietis. Videte me nec poſtulatū: nec amphitionicis cauſis aduerſus me
inductis:nec minis:nec delationibus:nec ab iſtis impiis tanq̃ a beſtiis quibuſdā impetitū:amo
rem & charitatē erga remp.abieciſſe. Ab ipſo enim initio rectā uiam iuſtāqꝫ delegi:honori: po
tentiæ: dignitati patriæ ſtudere:illas augere:cum his eſſe. Nō in alioꝝ poteſtate lætus atqꝫ ala
cer:forū pambulo:illis me oſtentās:quos puto illuc relaturos:nec patriæ cōmoda ꝑhorreſco:
& qum nūciātur uultū deiicio:ſuſpirās (ut iſti impii) qui patriā oppugnāt: quaſi nō ſeipſos op
pugnēt:qui foras aſpiciētes:in qbus per calamitatē græcoꝝ alter floruit:ea laudant:& ut ſemp
cōſeruentur ꝓuidendum eſſe monēt. Nō ita o dii oēs. Nullus ueſtrū hoc annuat. Sed iſtis poti
us (ſi fieri poteſt) ſaniorē mentē animūqꝫ cōcedite. Si uero inſanabiles ſūt:ipſos quidē per ſe ma
ri terraqꝫ diſperdite. Nobis autē reliqs liberationē impēdentis metus:& ſalutē indubiā ꝑſtate.

Demoſthenis oratio in Aeſchinem fœliciter explicit
per Leonardum Aretinum in latinum conuerſa.

Senatui populoqꝫ Athenienſi Salutem Aeſchines dicit.

GO me ad rempublicā contuli trigeſimotertio ætatis anno:nō mehercule ex ſcæna (ut aiebat Demoſthenes)ſed & liberaliter ſcribere doctus:& ſtudiis bonarū artiū mediocriter eruditus:atqꝫ ita in dicēdo exercitatus:ut me Athenis loqui non dedeceret Nec ego reperiar unq̄ facultatē dicendi meā ad alicuius calumniā meditatus:neqꝫ iudicium pro pecunia deſeruiſſe:nec accæptas cōtumelias uēdicaſſe. Sed nec omnino cōtumeliam paſſus ſum:nec occaſionē præſtiti:cur contēni deberem? Nec quenq̄ ciuium iudicio ſubieci præter unū Timarcū.Nec ſane apud uos glorior:ꝙ multa accæpiſſe dum mihi liceret:nō accæperim.Poſtea uero Cthesiphontē multa ab eo ꝑpeſſus:multa etiā a Demoſthene: in iudiciū uocaui iuſtiſſima(dii īmortales)accuſatione:ſed admirandū nō eſt:ſi & ueſtrarum legum:& meoꝝ uerboꝝ Demoſthenis eloquētia uictrix fuit Dixi equidē alio loco qū forte grauioribus criminibus q̄ iſtis:ꝓpter quæ nūc cecidi a Demoſthene accuſarer nō paruam probationem apud uos eſſe debere integritatis meæ: ꝙ neqꝫ Demoſthene accuſante fuerim condemnatus. Poſt hanc autem calamitatē & euerſionē meam:nedum uobis:ſed oībus græcis manifeſtum feciſſe reor. Quis enim ignorat homines ſic defunctos:& ciuitatibus eiectos:tunc maxime qbus fuerint moribus apparere ſolere? Nā quæ ipſoꝝ occultabat pñtia:remotis ipſis ꝑſpicua fiūt. Quiſqs.n.tūc maxime eos accuſat:qū dicere cōtra nō pñt. Qui uero ob eas cauſas a ciuitatibus exulāt:ꝙ cum hoſtibus ſenſiſſe dicātur:ii & quos mores:& quas mētes erga rēpu.habuerint:penitus manifeſtāt. Nam & quēadmodū aduerſam erumnā ferāt:& quēadmodū erga patriā aīati ſint:clare cōſpicitur. An ego ipſe qui & proditor patriæ fuiſſe:& tāta miſericordia in legione cōmiſiſſe:ut uidelicet Macedonibus placerem:confeſtim ut in exilio miſſus ſum:ad Alexandrum me contuli:gratiam eorum quæ patratus fueram:& mercedē exilii accæpturus. Nec ſane me latent boetiæ diuerſoria:& agrū iugoꝝ uiginti: & aureas phialas Demadē habere:Egemenonē uero & Calimedontē alterū in pelle:alteri uiberia & ampliſſimis donis: & clararū mulierū nuptiis honeſtatos. Atqui neqꝫ ad Thebanos:neqꝫ ad Theſſalos confugi:neqꝫ ad alios quoſpiā:apud quos mihi neceſſe foret:aut patriā meā uitupare:& uituperātibus aures ꝑbere. Sed Rhodū ueni:ciuitatē nec uobis ſane infeſtā:nec alioquin odioſā. Turpiter enim patriæ incūbere delirantiū in calamitate mihi uidetur potiuſq̄ amantiū ciuitatē. Nam qui ex animo ciuitatē ſuam amat:lōgius abire oportet:neqd præ oculis qđ mentē ꝑturbet habeat. Equidem nec in Rhodo cōſtiti:ſed in arida:caſtellū quoddā eligens a minori. Ibi mercatus prædiū ſum talētis duobus:quāta uidelicet expēdere decebāt:Philippi ꝑmo:deinde Alexādri mercennariū:qui & Phocidem & græcoꝝ libertatē Macedonibus ꝓdiderit. In eo nūc ꝑſ ſto cū ſeptem miniſtris:& duobus familiaribus:& cū matre:quæ ad tertiū & ſeptuageſimū ꝓuecta annū mecum nauigauit:particeps calamitatiſ mihi per uos iflictæ:& cū uxore quæ comes exilii eſſe uoluit:licet pater uetaret:& leges fortaſſe manere eam iuberēt. Mores ciuitatis magis q̄ leges ſciebat: & cū tribus filiis: ne nūc quidē ſatis fortunā ſuam:nec qualē ſibi deus dederit patriā itelligētibus. Et alii quidē(ut uidetur)filios eoꝝ ſiue in Boetia:ſiue in Aetolia natos Athenas mittūt eruditiōis cauſa:qbus uero a natura hoc datū eſt:nec Plæbeio patre:nec ob turpē cauſam pulſo natis:ii exulāt infantes:& aluntur egeni:in ſolitudine & exilio paterno Et de Lycurgi qdem filiis Demoſthenes recte faciēs uobis ſcribit:& ut paterna mulcta eis remittat̄ ſuadet. Vos autē ſecuti ciuitatis morē:& miſericordia fræti:nihil aliud q̄ Athenienſiū opus feciſtis. Nam uobis mos eſt faciliter quidē iraſci:ac rurſus miſereri. Ego autē pro meis filiis nō ꝑſuaderem rogādo ne mihi tantū in orbitate nutriātur:ſed orbati ſimul & exules: qum nec mali quicq̄ fecerint in pueritia cōſtituti:nec ullo modo dānati:ſed cūcta quæ dānati ſolēt ꝑpeſſi. Poſtea defuncti memineritis mei: & preces admittatis. Sed agetis uiri Athenieſes:ac flectemini pro conſuetudine ueſtra. Nō enim puto mores ueſtros deſeretis:nec diſſoluetis ciuitatis gloriā: quæ bonitate & humanitate præ cūctis excelluit. Nec plus uiriū habebit Malanopus ab humanitate & probitate uos abſterēdo:q̄ ad eam ꝓuocando modo Aeſchines. Nō per deos īmortales:nō enim idoneus nec fortunatus ego ſuadere patriæ meæ præſertim hoc tēpore:& qum rem meā agere uidear. Sed ciuitatis cōſuetudo:& ueſtrū ſolitum nomen:& maioꝝ exemplū:cui neceſſarium eſt magis q̄ Malanopo contra uos roganti annuere. Explicit.

Vniuerſi operis finis per Bartholomeum
Alexādrinū:& Andreā Aſulanū impreſſi Venetiis: Anno natiuitatis dominicæ.
M.CCCCLXXXV.III.Nonas Martias.

# HIERONYMVS SQuARZAFICVS ALEXANDRINVS DOMINO PETRO BVSONO HIEROSOLYMITANORVM EQuITVM PRINCIPI DIGNISSIMO SALVTEM DICIT.

SERMONEM ſoli homini datũ eſſe a natura omniũ philoſophorũ eſt ſententia: cæteris uero animátibus ſolá uocẽ. At ſermo ipſe qũ in omnibus hominibus: & exultus: & aptus eſſe debeat: tũ in principe potiſſimũ. Quapropter Paryſadis ſententia a prudentibus ſane non minus laudatur: q̄ etiá approbatur. Monebat. n. Cyrum illũ iuniorẽ: & Artaxerxen filios: ut qui pro dignitate regem eſſet allocuturus elegantiſſima: atqꝫ ornata oratione uteretur: maximeqꝫ ornata. quod porro nunq̄ dixiſſet: ſi non iudicaſſet regem eloquentiſſimum eſſe oportere. Et quemadmodum turpe eſſe (ſenior ille Cyrus dicere conſueuit) quenquá imperare: qui in omni genere uirtutis ſubditos minus antecellat: Ita certe minime ferendum eſſe uidetur: ut principibus ſubditi non ſint diſſimiles. Igitur inuictiſſime princeps ob innumerabiles tuas uirtutes hanc epiſtolam tibi ſcribere decreui: non ut eloquentia indigeas: nec etiá tui ſim admonitor: qui omnibus moribus refulgere uideris: ſed ob fidem: conſtantiá: fortitudinẽ tuam: utqꝫ amorem inte meũ q̄maximũ eſſe cognoſceres: maxime in tanta tui nominis celebritate poſt Turchos exactos a tua Rhodiana obſidione. Nam ob magnaminitatẽ tuam te ſuper æthera notũ eſſe uideo. Sed nũc de tuis laudibus ſatis paulopoſt pluribus. Qum pridie ab impreſſionibus rogatus enixe forem: ut Ciceronis librum de oratore reuiſerem. Nam ab aliis impreſſoribus multis erroribus deprauatũ eſſe deprenderant: ut eorum uoluntati morẽ gererem: & ut librũ emendatiorẽ legentibus redderem: laborem non recuſandũ eſſe duxi: ut aliquo etiam nos adiumẽto linguæ latinæ eſſemus: huic adieci perfectũ oratorem ad Brutũ: illiuſqꝫ thopicam & librum particionũ: cum alio de Claris oratoribus: & Quinti fratris compendiolũ de petendo conſulatu: q̄q̄ ad oratoris perfectionem non pertineret: ſed quia perrarum illũ eſſe ſciebam reliquis adiecimus: in ultimo uero de optimo genere dicẽdi. Et quia ſatiſ abunde conſtat in fine illius opuſculi: ut intẽtionem ſuam ad unguem oſtenderet duas orationes e græco in latinum traduxiſſe. ſ. Aeſchinis Ctheſiphontem accuſantẽ: & alteram Demoſthenis defendentem: ſed ob incuriam: & temporũ malignitatem illas amiſimus: poſtea a Leonardo Aretino traductas adiecimus: ne imperfectũ opus eſſe uideretur. Sed qum illos haud aliter diſiectos inſpicerẽ: ac Hyppoliti: & Perenthei membra collegi omnia: & in unũ corpus redigere curaui: & tuo nomini inſcribere uolui digniſſime: atqꝫ excellentiſſime princeps. Nam a nemine tam græcorũ q̄ latinorũ ſi Quintiliano Plutarchoqꝫ credimus meliuſ: neqꝫ perfectiuſ eloquentiam accipere poſſumus q̄ ex ipſius Ciceronis operibus. Quis non miretur de eius luculenta oratione? quiſnam ille dicendi fluuius? quæ ſuauitas? qui lepores? eos náqꝫ e media (ut aiunt græcia) atqꝫ ex ipſis Gymnaſiis ſententias traduxiſſe uidetur. Verum. n. uero quoddam in eo relucet ſapiẽtiæ ſpecimen: quo neſcio: quid altius in eo dicendi genere: aut perfectius a quouis oratore poſſit magis deſiderari. Itaqꝫ merito Quintilianũ dicere legimus: Illum ſe ſcire credit maxime proficere cui Cicero ualde placebit. Et ut uno omnia concludamus uerbo id quod Ouidius de homero locutus de Cicerone dicere poſſumus: & illũ ſic aſpicere a quo ceu fonte perenni: Vatũ pieriis ora rigantur aquis. Sed ad opera tua iá noſtra ſe conuertat oratio. Si uoluero pro uera laude iuſtiſſimi tui magiſtratus uerba facere non breui: & tumultuaria epiſtola opus eſſet: ſed lõgiſſimis annalibus eſſet utendũ. Nam ſemper in omnibus tuis rebus (ut nobis ab optimis uiris narratũ fuit) haud parua uteris ſcientia. Preterea eſt tibi maxima in audiendo benignitas in exquirendo acumen: in iudicando equitas: in omni genere grauitas: & prudẽtia: in cõſulendo uero fidem & amorẽ in gerendo intelligentiam: & conſtantiam non prætermittis: & ab omni ambitione liber eſt animus. Quid in familiares de liberalitate: & benignitate tua dicá? & cõdita lepore colloquia: his horũqꝫ ſimilibus de te hic in Italia plena ſunt omnia. Hi ſunt ueri triumphi: uere laudes: uere ouationes: ueraqꝫ trophea: nõ hoſtiũ occiſiones: nõ ciuitatũ ſanguis non urbiũ ruina: ſed leuaudis afflictis legibus reſtituendis: & hominũ iudiciis conciliandis. Eo quidẽ ſapiẽtiſſimus uates Homerus: rectores urbium ab Ioue nutritos eſſe dixit: Quod illorũ cura quemadmodũ deorum humanum genus late diffunditur. Talibus igitur uirtutibus Anaxagoras Periclem inſtruxit: Plato Dionẽ: Ariſtotelis Alexandrum: Pythagoras Phalaridem Agugẽtinũ: Athenadorus Catonem: Ennius & Panetius Scipionem: Apollonius Ciceronem & Cæſarem. Sed ut finẽ faciam: te rogo atqꝫ oro ut breue hoc munus qualecũqꝫ eſt ſuſcipere digneris. Et ſi hæc ſcripta tibi grata eſſe cognouero a me etiá aliis lucubrationibus: ſiqua modo nobis huiuſmodi facultas fuerit poſteritati commendaberis. Vale religioſorum decus.